Prov. Italia. (In folio preligato: „Vespanianus Philippi Florentinus fecit fieri Florentie" [Vespasiano da Bisticci]). — *Poss.* f. 1: Arma primi possesoris deleta sunt. — Johannes, comes Wigorniensis [John Tiptoft, earl of Worcester † 1470]. (f. 81': „Iste liber constat Petro Courtenay, archidiacono Exoniensi, quem habuit ex dono illustris comitis Wygornie sui domini singularissimi anno Domini 1460 19. die mensis Septembris". — cf. Vite di uomini illustri del secolo xv scritte da Vespasiano da Bisticci. Duca di Worcestri .... „Nella sua partita di Padova, venne a Firenze, e volle andare a Roma. Aveva grandissima copia di libri, e in Firenze ne comperò quegli che trovò, e fecene fare buona somma ...."). — Petrus Courtenay, episcopus Exoniensis 1478—1487, episcopus Wintoniensis 1487—1492. — Fr. Rostgaard. (In folio preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 464. n. 194). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 77).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 6. — Bruun 238.

Gl. kgl. S. 2153 4to membr., sæc. xv, ff. 95, cm. 21,3×14. Litt. init.

f. 1—32': C. Sallustius Crispus: *Bellum Catilinarium.* „Omnis

homines, qui sese student prestare ceteris × gaudia agitabantur".

f. 32'—95': C. Sallustius Crispus: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo site erant. Per manus uestri humilisque seruitoris Johannis Vila Cathalani oriundi ex ciuitate Barchinone".

Prov. Hispania. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 464. n. 193). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 76).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 5. — Bruun 237.

Gl. kgl. S. 495 fol. membr., sæc. xv, ff. 123, cm. 33,5×23.

f. 1—123: Titus Liuius: *Historie. Liber XXI—XXX.* „In parte operis mei × claraque cognomina familie fecere".

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 466. n. 207). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 82).

Gl. kgl. S. 470 fol. membr., sæc. xiv (f. 176': „1383"), ff. 176, cm. 28,4×20,6. Litt. init. hist.

f. 1': *Abbreuiationes.*

f. 2—3': *Registrum.*

f. 5—176': Valerius Maximus: *Facta et dicta memorabilia, cum scholiis et notis.* „Urbis Rome exterarumque gentium facta × Gaias esse se dicerent".

Prov. Italia. — *Poss.* Petrus Seruius. (f. 4': „Petri Seruii Medici"; in folio postligato nota rasura pene deleta: „Petri Seruii . . . 1647"). — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 466. n. 209). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 83).

Litt. Bruun 123.

Gl. kgl. S. 471 fol. membr., sæc. xv (f. 129': „1469"), ff. 130, cm. 27,5×17. Litt. init.

f. 1—129': Valerius Maximus: *Facta et dicta memorabilia.* „Urbis Rome externarumque gentium facta × Cominium Auricinium et Postumum Ebu. Explicit Valerius die quarto Septembris 1469 Verone".

f. 130—130' [manu recentiori]: *Registrum.*

Prov. Italia. — *Poss* f. 1: Arma primi possessoris, vid. tab. V n. 1. — Antonius Franciscus Lemicus. (f. 130 [sæc. xv—xvi]; „Iste Valerius est mei Antonii Francisci Lemici filii domini Joannis Q. Gasparis ciuis Lemniacensis de familia Lemicorum"). — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 466. n. 210). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 84).

Litt. Bruun 242.

Gl. kgl. S. 3562 8vo membr., sæc. xv, ff 115, cm. 14,$_8$×10,$_1$. Litt. init. Tegum. uetus.

f 1—76: „*Valerii Maximi abreuiatio per alphabetum*" [Registrum in librum, qui Facta et dicta memorabilia inscribitur].

f. 76'—79: *De magistratibus Romanis.*

f. 81—115: „*Lactantii Firmiani abreuiatio per alphabetum*". [Registrum in librum, qui inscribitur Diuine institutiones].

Prov. Italia. — *Poss.* Arni Magnusson. (In folio preligato: „Ex dono Domini Arnæ Magnæi . . . . possidet Fridericus Rostgaard. 1705 mense Decembri"). — Fr. Rostgaard. (Bibl. Rostg. 466. n. 211). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 85).

Litt. Bruun 243.

Gl. kgl. S. 496 fol. membr., sæc. xv, ff. 196, cm. 26,$_7$×16,$_4$. Litt. init. hist. Prima pagina splendidissime decorata.

f. 1—91': C. Cornelius Tacitus: *Annales XI—XVI 35.* „/// nam Valerium Asiaticum × conuersus in Demetrium ////".

f. 92—195: C. Cornelius Tacitus: *Historie I—IV 53.* „Initium mei operis × et ut signum ter predixere aruspices ne remearetur opus ////".

Prov. Italia. (f. 196: „Hic liber uisus et ut accuratius ex incuria temporum fieri potuit emendatus est per me Ludouicum Regium Imolensem anno salutis 1488 die uero 25. Septembris . . . [rasura] Innocentio VIII pontifice maximo"). — *Poss.* f. 1: Insignia primi possessoris, vid. tab. V n. 2. — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 468. n. 233). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 87).

Litt. Bruun 244.

Gl. kgl. S. 450 fol. membr., sæc. XII, ff. 130, cm. 29,5×21,5. Litt. init. Folia pauca desunt.

f. 1—129': M. JUNIANUS JUSTINUS: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit".

f. 130 [sæc. XIII—XIV]: *Annales Sorani 1202—1347.* (Ellen Jørgensen: Annales Danici medii ævi 142).

Prov. Dacia. *Poss.* Absalon archiepiscopus Lundensis. — Monasterium s. Marie in Sora ordinis Cisterciensis. (f. 129' [c. 1200]: „Liber sancte Marie de Sora per manum domni Absalonis archiepiscopi"). — Johannes Olai Slangendorpius † 1596. — Axel Juul de Meilgaard. (In folio preligato dedicatio Johannis Olai Slangendorpii manu ipsius scripta: „... tenebris diu suppressum et ante paucos annos in foro scrutario Hafniensi repertum ac generosissimo, clarissimo ac prudentissimo viro D. Absaloni Julio domino à Meielgaardt .... dono datum a Johanne Olai Slangendorpio Th. D."). — Tage Høg de Frøslevgaard. — Ciuis quidam Hafniensis. — Mogens Wingaard. (In foliis preligatis dedicatio Magni Wingardi ad Christianum V regem manu ipsius scripta: „.... Nec fere aliter ad manus meas, quod singulari Dei prouidentiæ et in me beneuolentiæ acceptum refero, circa Calendas Decembris anni nonagesimi primi supra millesimum sexcentesimum peruenit, postquam in biblioteca D. Thagonis Høeg domini de Frøslefgaard haud dubie diu latuerat, donec superstes bibliotheca, uulgaris quidem illa, ciui cuidam Hauniensi in possessionem cessit, a quo ego rogatus ut eandem bibliothecam æstimarem, supra laudatum manuscriptum emi"). — Codex a Magno Wingardo Christiano V regi anno 1691 donatus est.

Litt. Langebek: Scriptores rerum Danicarum V 456. — Monumenta Germaniæ historica XXIX 182. — Ellen Jørgensen: Annales Danici medii ævi (1920) 24, 142. — Chr. Bruun: Om nogle Haandskrifter af Justinus paa det kgl. Bibliothek. Kort Udsigt over det philologisk-historiske Samfunds Virksomhed (1856—1857) 24. — Dansk historisk Tidsskrift IX R. II 374.

Gl. kgl. S. 453 fol. membr., sæc. XV, ff. 83, cm. 27,4×19,5. Codex rescriptus, olim codex iuris canonici sæc. XIII, ut uidetur, scriptus.

f. 1—83': M. JUNIANUS JUSTINUS: *Epitoma historiarum Philip-*

picarum Pompei Trogi. „Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit".

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 469 n. 240). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405 n. 88).

Gl. kgl. S. 452 fol. membr., sæc. xv, ff. 101, cm. 28×18,5. f. 1: Litt. init. arma primi possessoris includens.

f. 1—101': M. Junianus Justinus: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Primo uolumine continentur hec . . . . Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit".

Prov. Gallia. — *Poss.* f. 1: Arma primi possessoris, vid. tab. V n. 3, cf. J. Guigard: Armorial du bibliophile (1870—72) 137: Arma domini Huberti de Carmonne † 1527.

Gl. kgl. S. 451 fol. membr., sæc. xv, ff. 129, cm. 26,8×15,5. Litt. init. Post fol. 103 unum folium deest.

f. 1—129': M, Junianus Justinus: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Principio rerum gentium nationumque imperium × in formam prouincie redegit".

Prov. Italia.

Litt. Bruun 231.

Thott 1201 4to chart., sæc. xv, ff. 19 („141"—„159"), cm. 23 ×16.

f. „141"—„159": Sextus Aurelius Victor: *Liber de uiris illustribus urbis Rome.* „Procha rex Albanorum Amulium et Numitorem × cremandum curauit".

Prov. Italia. — *Poss.* I. P. Ludewig. (f. „141" et in folio postligato note manu eius scripte. — Bibl. Ludewig. V 128 n. 602). Una cum codice Thott 1204 4to codex hic colligatus erat. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 444 n. 1201).

Thott 368 8vo membr., sæc. xv, ff. 50, cm. 16×10,6.

In foliis duobus preligatis fragmentum sæc. x: „//// quibusdam ciuitas et honestissimus locus ciuitatis datur. Hec ea ratione dicta sunt, ut constaret × quod nemini mirum /////"

f. 3—41: Sextus Aurelius Victor: *Liber de uiris illustribus*

urbis Rome. „Procax Amulium et Numitorem filios habuit × et preciosissimis odoribus cremandum enim curauit".

f. 41—42: C. Plinius Secundus: *Historia naturalis VII 25, X 2.*

f. 43—46': *De uia uiuendi deligenda. Virtus Herculem in compito alloquens.* „Herculem Prodicus scribit quum primus ex pueris × si exercueris beatissimam utique felicitatem consequare ////"

Prov. Italia. — *Poss.* Bernardinus canonicus Patauiensis. (f. 51 [sæc. xv]: „Bernardini sacerdotis canonici Patauien."). — Collegium Agenense societatis Jesu. (f. 1: „Coll. Agen. soc. Jesu catal. inscrip.") — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 526 n. 368). — Codex in Anglia emptus. (f. 1: Nota pretii: „1 . 11 . 6").

Gl. kgl. S. 1906 4to membr., sæc. xiii, ff. 121, cm. 22,5×14,3.

f. 1—116': L. Anneus Seneca: *Epistule morales in 7 libros distincte.* „Ita fac, mi Lucili × quia nusquam tam anguste ero".

f. 117—121: Martinus Braccarensis: *De quattuor uirtutibus.* „Quatuor uirtutum species multorum sententiis diffinite × aut deficientem puniat ignauiam".

Poss. Fr. Lindenbrog. (Note manu eius scripte passim in codice inueniuntur). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 103. — Cat. Pechlin. n. 154. — Cat. Möllmann. n. 251).

Ny kgl. S. 57^{b} fol. chart., sæc. xv, ff. 200, cm. 31,5×21.

f. 1—67': L. Anneus Seneca: *Questiones naturales.* „Quantum inter philosophiam interest × leui manu querimus".

f. 67'—78: L. Anneus Seneca: *Liber prouerbiorum.* „Alienum est omne × propositum est".

f. 78—84': L. Anneus Seneca: *De prouidentia.* „Quesisti a me, Lucili × quod tam cito fit, diu timetis?"

f. 84'—92: L. Anneus Seneca: *De constantia sapientis.* „Tantum inter Stoycos, Serene × generis humani est".

f. 92'—105': L. Anneus Seneca: „*De beata uita.* Viuere, Gallio frater × qui laudat nauigationem".

f. 105'—117': L. Anneus Seneca: *De tranquillitate animi.* „Inquirenti michi in me × assidua cura circuit animum labentem".

f. 117'—127: L. Anneus Seneca: *De breuitate uite.* „Maior pars mortalium × ad faces et ceros ducenda sunt".

f. 127—135': L. Anneus Seneca: *Ad Polybium de consolatione.* „Nostra compares firma sunt × grauis fremitus et circumsonat".

f. 135'—170: L. Anneus Seneca: *De ira.* „Exegisti a me × nos immortalitas adheret".

f. 170—183: L. Anneus Seneca: *Ad Marciam de consolatione.* „Nisi te, Marcia, × qui ista iam nouit".

f. 183—193': L. Anneus Seneca: *Ad Heluiam matrem de consolatione.* „Sepe iam mater optima × uadit omnibus seculis".

f. 193'—195: „*De cura et modo familiarum.* Doceri cupis a nobis de cura × facias testamentum. Explicit liber de cura rei familiarum Lucii Annei Senece. Non est Senece, sed scribit eum quidam ad amicum suum".

f. 195—197': L. Anneus Seneca: „*De moribus.* Omne peccatum est actio × quibus, quicquid libuit, licuit".

f. 198—200: *Registrum.*

Poss. G. Kloss. (In interiore parte tegumenti signatura).

Gl. kgl. S. 1907 4to membr., sæc. xv (f. 10: „1417"), ff. 10, cm. 19,$_6$×13.$_6$. Litt. init.

f. 1—10: Lucius Anneus Seneca: *Liber prouerbiorum.* „Alienum est omne × Modica autem uoluntas laxat animos et temperat".

Poss. Thomas Bartholin † 1691. — Andreas Bussæus † 1735. — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Th. Bartholin" manu ipsius script. — f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 466 n. 214. — In commentariis suis sc. Ny kgl. S. 275^e 8vo fol. 43 Rostgaard de hoc codice scribit: „Lucii Annei Senece liber prouerbiorum. Codex manuscriptus membraneus in 4to minori 19 paginarum. Fuit olim Thomæ Bartholini, sed mihi dono datus ab Antonio Bussæo"). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 51).

Gl. kgl. S. 212 fol. membr, sæc. xiii, ff. 286, cm. 35,$_7$×25,$_3$. Litt. init.

f. 1—2: „*Vita Plinii ex cathalogo uirorum illustrium* Tranquilli. Plinius Secundus nouem menses × in libris, quos Epopthydon scripsit".

f. 2—286': C. Plinius Secundus: *Historia naturalis I—XXXVII*

13. „Libro secundo continetur × pluribus modis constant primum pondere /////“

Prov. Gallia. (f. 138': Nomen scriptoris [?]: „Perraud Jo“; in f. 286' idem nomen scriptum esse uidetur, sed rasura deletum est). — *Poss.* Conuentus sancti Victoris Parisius. (Folia codicis manu bibliothecarii Claudii de Grandrue signata. In imo margine folii primi nomen conuentus una cum scuto ceruleo depictum erat, nunc autem pene deletum est). — Fr. Lindenbrog [?]. — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 58. — Cat. Pechlin. n. 4).

Litt. D. G. Morhof: Polyhistor (1747) I 66, 890.

Gl. kgl. S. 444 fol. membr., sæc. XI, ff. 15, cm. $37{,}_{7}\times24{,}_{7}$.

f. 1—15': „*Liber* Julii Solini *de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus, que mundi ambitu continentur*“. „Cum et aurium clementia × congruere insularum qualitatem“.

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 59 uel n. 60. — Cat. Pechlin, n. 91 uel n. 107. — Cat. Möllmann. n. 260).

Litt. C. F. Lüdecke: Mittheilungen über zwei wichtige Handschriften des Julius Solinus. Programm der Hauptschule zu Bremen 1866. — C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Recensuit Th. Mommsen (1895) XXXV.

Gl. kgl. S. 443 fol. membr., sæc. XIII, ff. 47, cm. $32{,}_{6}\times21{,}_{2}$.

f. 1—42': Julius Solinus: „*Collactanea uel polihystoria uel memorabilia.* Julius Solinus Aduento salutem. Cum et aurium clementia × congruere insularum qualitatem“.

f. 42': *De Noruegia, Islandia, Scotia, Hibernia etc.* „Noruueghe. Halilande. In hac terra lucet sol 15 diebus continue × 43 insule, que inhabitantur, Arregweite, Kentire, Nessunt, Man“. (C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Rec. Th. Mommsen (1895) 236).

f. 43—46: „*Inuentio sancte crucis.* Tempore illo cum religiosissimus imperator Constantinus × Quicunque uero memoriam faciunt sancte crucis, accipient partem cum sanctis et electis Dei et regnabunt in secula seculorum“. (Bibl. hagiogr. Lat. n. 4171).

f. 46—47': „*Qualiter sancta crux de Iherosalimis fuerit in Persas translata et ab Heraclio imperatore Romanorum ibidem restituta.* Tempore illo postquam Constantino Augusto

contra Maxentium × perseuerauit in fide chatolica prestante Domino nostro . . . .". (Bibl. hagiogr. Lat. n. 4178).

Poss. Fr. Lindenbrog. (f. 1: „Frid. Lindenbruch"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 59 uel n. 60. — Cat. Pechlin. n. 91 uel n. 107. — Cat. Möllmann. n. 261).

Litt. C. F. Lüdecke: Mittheilungen über zwei wichtige Handschriften des C. Julius Solinus. Programm der Hauptschule zu Bremen 1866. — C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Recensuit Th. Mommsen (1895) XXXIV.

Gl. kgl. S. 2074 4to chart., sæc. xv (f. 73: „1446"), ff. 76, cm. $21{,}_2 \times 14{,}_2$. Tegum. in Italia factum.

f. 1—73: Pomponius Mela: *De situ orbis.* „Orbis situs dicere aggredior × Atlantici littoris terminus. Cosmographie Pomponii Mele liber tertius et ultimus terminatur per Victorem Bergomensem, Guarini Veronensis oratoris nostre etatis clarissimi discipulum 1446".

f. 73' [manu secunda]: P. Ouidius Naso: *Fasti I 1—9.* „ | Tempora cum causis Latium digesta per annum | × | inuenies illic et festa domestica uobis | ".

Prov. Italia. — *Poss.* Jacobus Jacobilli. (f. 1: Inscriptio: „Jacobi Jacobilli" una cum armis eius, uid. tab. V n. 4; cf. Thott 28 8vo). — P. Scavenius. (In interiore parte tegumenti: „No 2 in Q". — Bibl. Scav. 368 n. 2).

Litt. Werlauff 309.

Gl. kgl. S. 1847 4to membr., sæc. xv, ff. 67, cm. $25{,}_5 \times 18$. Prima pagina decorata.

f. 1—64: S. Julius Frontinus: *Strategematum libri 4.* „Cum ad instituendam rei militaris scientiam × et nauali et pedestri prelio uicti sunt".

f. 65—66': „*Nomina supremorum imperatorum in hoc uolumine scriptorum*".

Prov. Gallia. — *Poss.* f. 1 in littera initiali arma primi possessoris pene deleta. — Willelmus de Dormano. (f. 64). — Ant. Galland. (f. 1: „Ex Musæo A. Gallandii 1696 . . . .") — Du Val (f. 1). — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard Parisiis emit 1697". — Bibl. Rostg. 467 n. 224). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405 n. 89).

Litt. Bruun 273.

Gl. kgl. S. 338 fol. chart., sæc. xv, ff. 26, cm. 29,8×20.
f. 1: *Ex libro XVIII Etymologiarum* Isidori.
f. 1—26': Flauius Vegetius Renatus: *Epitoma rei militaris.* „Antiquis temporibus × quam uetus doctrina monstrauerat".
Prov. Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 18. — Cat. Möllmann. n. 264). Cod. Gl. kgl. S. 338 fol. cum Gl. kgl. S. 718 et Gl. kgl. S. 380 colligatus erat.

Gl. kgl. S. 1987 4to chart., sæc. xv, ff. 108, cm. 20,4×15.
f. 1—108': M. Terentius Varro: *De lingua Latina.* „Quemadmodum uocabula × ut in seruis".
Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 462 n. 173). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 404 n. 67).
Litt. Seebodes Archiv für Philologie und Pädagogik I (1824) 120, 814. — M. Terentius Varro: De lingua Latina. Ed. L. Spengel (1826) X. — Werlauff 309, 388.

Gl. kgl. S. 1988 4to membr., sæc. xii, ff. 138, cm. 22,7×16. Litt. init. Liber mutilus et male compactus.
f. 1—137: „*Ars* Prisciani uiri eloquentissimi grammatici. Cum omnis eloquentie doctrinam × | Nam neque erant astrorum ignes nec lucidus ethra | siderea polus | ".
Prov. Gallia. — *Poss.* Conuentus s. Victoris Parisius. (f. 3: „Iste liber est sancti Victoris Parisiensis. Quicunque eum furatus fuerit uel celauerit uel titulum istum deleuerit, anathema sit. Amen". — f. 1: Signatura conuentus s. Victoris: „Jhesus. Maria. S. Victor. S. Augustinus" una cum scuto ceruleo deleta est; modo legitur: „Jhesus. Maria .... S. Augustinus". — f. 137: Nota bibliothecarii Claudii de Grandrue: „Que secuntur hic habentur, scilicet Prisciani maioris artis grammatice sexdecim libri. Primus 1. Secundus 9. Tertius 18. Quartus 24. Quintus 28. Sextus 37. Septimus 52. Octauus 67. Nonus 83. Decimus 92. Undecimus 102. Duodecimus 109. 14 119. 15 127. 16 134. *A.* ab accidentibus. *B.* scilicet 135 Virgilius in septimo. *C.* 136 et usque 138"). — Fr. Lindenbrog. (f. 1 et f. 138: Note manu Fr. Lindenbrogii scripte). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 113. — Cat. Pechlin. n. 156).

Gl. kgl. S. 1989 4to membr., sæc. xiv, ff. 102, cm. 22×14. Codex ab initio mancus; quaterniones I et II desunt.

f. 1—101': Priscianus Cesariensis: *De octo partibus orationis libri XVI.* „//// sapiencior et hoc sapiencius. hic et hec et hoc iners × | siderea polus | ".

Poss. Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n. 3357). Codex in auctione capituli Hamburgensis anno 1784 emptus est.

Gl. kgl. S. 420 fol. membr., sæc. xv, ff. 204, cm. 28,7×21,2. Litt. init. Note marginales sæc. xv lingua Latina et Greca scripte. Tegum. uetus in Italia factum.

f. 1—204: A. Gellius: *Noctium Atticarum libri XX.* „Plutarchus in libro, quem × quicquid in libro queri inuenirique possit".

Prov. Italia.

Litt. Bruun 273, — A. W. Cramers kleine Schriften hrsg. v. H. Ratjen (1837) Einl. XLVII et sepius.

Ny kgl. S. 218 4to membr., sæc. xi, ff. 50, cm. 23,9×14. Litt. init. et figure textum illustrantes. f. 25: Mundus depictus est, quem humeris sustinent 4 gigantes. Glosse interlineares et marginales. Codex ab initio mancus.

f. 1—49': Macrobius: *Commentum in somnium Scipionis.* „///// altitudinis dimensionis constat × uniuersa philosophie continetur integritas."

f. 16'—19 [in marginibus manu sæc. xiv script.]: *Formule magice.* „Si caput uespertilionis ponis sub capite dormientis × uasa querere".

f. 20' [in margine eadem manu sæc. xiv]: *Adnotationes astronomice de annis 1363 et 1382.*

f. 21' [in margine eadem manu script.]: *Formula magica.* „*Ad amorem mulierum.* Descendat amor meus in mente tua × habebis quantum uixeris".

Poss. Jean Dartis. — Monasterium s. Germani de Pratis. (f. 1: „Ex dono c. v. Joannis Dartis 1651"; cf. L. Delisle: Le cabinet des manuscrits II 45). — D. G. Moldenhawer. (Donatio Moldenhaweriana ex anno 1824 n. 68).

Litt. Bruun 56. — Ada Adler: D. G. Moldenhawer og hans Haandskriftsamling (1917) 224, 268. — Greek and Latin illuminated manuscripts in Danish collections (1921) 47, LXI, LXII.

Gl. kgl. S. 1909 4to membr., sæc. xi, ff. 51, cm. 19,9×12. Litt. init. et figure nonnulle penna delineate.

f. 1—3': *Ex libro VI de republica* M. Tullii Ciceronis. *Somnium Scipionis* „Cum in Affricam uenissem × Ille discessit, ego somnio solutus sum".

f. 3'—51': „Macrobii Ambrosii Theodosii *commentum in somnium Scipionis ex Ciceronis sexto R. P. libro exceptum.* Inter Platonis et Ciceronis libros × uniuersa philosophie continetur integritas".

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii n. 81. — Cat. Pechlin. n. 136 uel n. 254).

Gl. kgl. S. 1910 4to membr., sæc. xii, ff. 130, cm. 19,5×12,5. Tegum. uetus. Olim liber catenatus.

f. 2'—127': *Glosse in commentum Macrobii in somnium Scipionis.* „Plato omnium philosophorum doctissimus decem uolumina de republica composuit × dicendum est in hoc opere contineri integritatem philosophie".

f. 128—130: *Adnotationes mathematici argumenti.*

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio, postea in Bordesholm translata (f. 2 [sæc. xii]: „Liber sancte Marie uirginis in Nouomonasterio". — Cat. Bordesholm. ex anno 1488 n. „G 26"). — Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii. n. 81. — Cat. Pechlin. n. 136 uel n. 254).

Litt. Zeitschrift der Gesellschaft für Schlesvig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 95.

Gl. kgl. S. 421 fol. membr., sæc. xii, ff. 82, cm. 27,5×17,2. Note in marginibus et inter lineas scripte.

f. 1—54: Martianus Capella: *De nuptiis philologie et Mercurii. Libri I—II.* „ | Tu quem psallentem thalamis, quem matre Camena | × | faueantque Muse et chelis Latoia | ".

f. 54: *Cryptogramma.*

f. 54'—55: *Duo scholia.*

f. 55—59: Boethius: *De differentiis topicis. Liber IV.* „Si quis operis titulum diligens × expeditum est. Explicit quartus topicorum". (Migne PL 64. 1205).

f. 59'—81': Martianus Capella: *De nuptiis philologie et Mercurii. Liber VIII.* „Mundus igitur ex quattuor elementis × retrogradari facit".

Poss. Fr. Lindenbrog. (f. 1: Titulus manu Fr. Lindenbrogii scriptus). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 68. — Cat. N. Heinsii n. 56. — Cat. Pechlin. n. 166).

Gl. kgl. S. 1905 4to membr., sæc. XII—XIII, ff. 157, cm. 19,$_8$× 12,$_4$. Codex ex quattuor manuscriptis compositus sc. Ms. *A*: f. 1—61', Ms. *B*: f. 62—122', Ms. *C*: f. 123—141', Ms. *D*: f. 142—157. Tegumentum, sepius „S" impressum, in monasterio s. Marie in Bordesholm factum; cf. Gl. kgl. S. 1571 4to. Olim liber catenatus.

f. 1: *Vita Boethii* „//// ultima semper expectanda dies × dum leuibus malefi. etc."

f. 2—59': BOETHIUS: *De consolatione philosophie.* „ | Carmina qui quondam studio florente peregi | × cuncta cernentis".

f. 60: *Note uarie.*

f. 60'—61': ADELMANNUS *scholasticus Leodiensis*: *Versiculi iuxta ordinem alphabeti digesti de uiris illustribus sui temporis.* „ | Armonice facultatis aspirante gratia | × | ter quaternos quatersenis minus uno uersibus | ". (Oeuvres de Julien Havet II 97).

f. 63'—122: M. TULLIUS CICERO: *De officiis.* „Quamquam te Marce × preceptisque letabere".

f. 123—123': *De dictionum scientia.* „De dictionum scientia grata rudibus documenta euidenter ministrare desiderantes × principiis inueniuntur".

f. 124'—138: CLAUDIUS CLAUDIANUS: *De raptu Proserpine.* „ | Inuenta secuit, qui primum naue profundum | × | Pars stupefacta silet, pars exterrita latrat | ". (f. 132'—133 insertus est *Panegyricus de sexto consulatu Honorii Augusti* per eundem CLAUDIANUM compositus).

f. 138'—139': *Commentarius in fabulas Auiani.*

f. 139—141: *De operibus Ouidii.*

f. 142—147: HILDEBERTUS *Cenomanensis episcopus*: *„Passio beate Agnetis".* „ | Agnes sacra sui mentem scriptoris inauret | × | uirtutum titulis uindicat Agna sibi | ". (Migne PL 171, 1307).

f. 147—157'; *„Passio beate Katherine pie uirginis".* „ | Metrorum signabo notis quod filia Costi | × | Quando tuum replicat anni reuolutio festum | ".

Poss. Domus s. Marie in Nouomonasterio in Holsatia, postea in Bordesholm translata. (f. 1' [sæc. XII]: „Liber sancte Marie in Nouomonasterio". — Catalogus Bordesholm. ex anno 1488 n. „F 16"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 108. — Cat. Pechlin. n. 146. — Cat. Möllmann. n. 265).

Litt. A. Wetzel: Die Reste der Bordesholmer Bibliothek in Kopenhagen. Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 80. — Oeuvres de Julien Havet II 89.

Ny kgl. S. 213^{b} 4to membr., sæc. XIII, ff. 40, cm. 20,$_{6}$×14,$_{8}$. Liber mutilus, nam inter f. 34 et f. 35 folia nonnulla desunt.

f. 1': *Varie note.*

f. 2—4': *Glosse in disticha Catonis.* „Materia Catonis in hoc opere sunt boni mores × filio suo et nobis omnibus. Expliciunt glose Catonis".

f. 4'—7': *Glosse in fabulas Auiani.* „Rustica deflenti etc. Que sit materia, que sit intencio, que utilitas huius auctoris inquirendum est × ut peius ualeamus per illud uitare. Amen. Explicit Auiani glosa".

f. 7'—13: *Glosse in artem poeticam Horatii.* „Materia huius auctoris in hoc opere est ars poetica. Intencio uero dare precepta de arte poetica × sit plenus tedio et languoribus. Expliciunt glose super poeticam Oracii".

f. 13—13': *Note breues de elegiis Maximiani, de arte amoris Ouidii, de fastis Ouidii.*

f. 14—24: *Glosse in epistolas Horatii.* „Prima dicte mihi etc. In hoc auctore ista sunt requirenda: Quam materiam habet, que sit intentio auctoris principalis × prouocat iram".

f. 25—29': *Glosse in psychomachiam Aurelii Prudentii Clementis.* „Cum 6 sint in unoquoque auctore inquirenda, similiter et in isto: Vita poete, titulus operis × fallere id est fefellisse".

f. 29'—34: *Glosse in epistolas Ouidii ex Ponto.* „Liber iste intytulatur Ouidii de Ponto. Et notandum quod aliquando tytulus sumitur a nomine auctoris × quantum ad me ////".

f. 35—40: *Glosse in sententias Prosperi Aquitani ex operibus s. Augustini desumptas.* „///// cesaris reddatur cesari et ymago Dei reddatur Deo × quibus non indiges debes erogare. Amen".

Poss. G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss . . . .").

Ny kgl. S. 223^{b} 4to membr., sæc. x, ff. 94, cm. 19,$_{5}$×14. Diuersis manibus scriptus. Codex ab initio atque in fine mancus.

f. 1—94': *Commentarius super carmen paschale Sedulii.*

„//// Inde id est post baptismum × qui dicunt Mariam Salome matrem fuisse Domini propter interpretationem nominis ////“

Poss. Monasterium s. Jacobi Leodii ordinis s. Benedicti. (f. 1: „Liber sancti Jacobi in Leodio“). — G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss M. D. Francofurti ad Moenum“).

Thott 405 fol. chart., sæc. xv, ff. 12, cm. 28,2×20,6. Inter lineas multe correctiones.

f. 1–12: Maphaeus Vegius Laudensis: *Supplementum Eneidos Vergilii, premisso argumento.* „ | Turnus ut extremo deuictus Marte profudit | × | Indigetem appelat, temploque imponit honores | “. [Eadem manu, qua correctiones scripte sunt, addita est hec nota]: „Finis hec sit in lib. III. Guil. Gouda“.

f. 12’: Octauianus imperator *de Vergilio.* „ | Ergone supremis potuit uox improba uerbis | × | Pulcher Apollo ueta. Muse prohibete Latine | “.

Prov. Belgium. — *Poss.* Guilhelmus Gouda. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 405).

Thott 400 fol. chart., sæc. xv, ff. 47, cm. 31,4×20,5.

f. 1: „*Nullus bibat, nisi soluat.* | Ille uir ore libat, cuius manus es mihi libat | × | Si bis, ter uel bibis nec soluas, turpiter ibis | . Stant man curz edder langk | gilt dranck edder ganck da de gank dranck | “.

f. 1: *De eclipsi solis.* „ | En nuper patule patuit tibi solis eclipsis | × | quando tibi circus sol quasi teter erat | “.

f. 2—14’: P. Ouidius Naso: *Remedia amoris, cum glossis marginalibus et interlinearibus.* „ | Legerat huius Amor titulum nomenque libelli | × | carmine sanati femina uirque meo | “.

f. 14’: *Num licet uoluere libros Nasonis?* „ | Queritur an liceat Nasonis uoluere libros | × | quare Nasonis hunc lego non alios | “.

f. 15—43’: Ps. Ouidius: *De uetula, cum glossis, premisso argumento* Leonis prothonotarii sacri palacii Bisanthei. „ | Ouidius Naso Peligni ruris alumnus | × | gracia sit nobis et mete nescia uita | “.

f. 44—46: Ps. Ouidius: *De nuce.* „ | Nux ego iuncta uie cum sim sine crimine uite | × | infelix perii dotibus ipse meis | “. (Baehrens: Poetæ Latini minores I 90; sed codex noster plus continet).

f. 46'—47: *De tribus nymphis Veientibus.* „ | Ibam forte uia quadam nullo comitante | solus amor mecum, qui solet esse, fuit | dumque meos uersus facio meditorque puellam | cui possum uersus mittere, quos facio | × | constans in medio Paridis referebat amores | hec sibi namque magis cantio nota fuit | ////“

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 400).

Ny kgl. S. 159^{d} 4to chart., sæc. xv exeunt., ff. 54, cm. 21,$_{2}$×15,$_{1}$. Note marginales et interlineares.

f. 1': *De Valeria Proba.* „Proba mulier elegantissima Adelphi cuiusdam proconsulis Romani uxor × tam Grecarum tam Latinarum litterarum eruditissima nacioneque Romana“.

f. 2—15: Valeria Proba: *„Virgiliocentones ueteris et noui testamenti.* | Jamdudum temerasse duces pia federa pacis | × | certatim largos humeris effundere rores | “. (Migne PL 19. 803—811).

f. 16: *De nouem musis, de nereidibus etc.*

f. 17—19: Q. Horatius Flaccus: *Carmen seculare.* „ | Phebe siluarum potensque Dyana | × | dicere laudem | “.

f. 19'—21: *Carmen de sancto Johanne baptista.* „ | Ut queant laxis resonare fibris | × | parce redemptis | “.

f. 21—22': *„Carmen saphicum de amore“.* „ | Ille qui quondam comitatus ampla | × | regule preses | “.

f. 23—26: *De metris.* „Januensis in Katholicon dicit de metro × trocheus, qui habet primam longam et breuem secundam“.

f. 26': P. Vergilius Maro: *Eneis IV 173—188.*

f. 27: P. Ouidius Naso: *Epistula ex Ponto III 2. 45—58.*

f. 27': „Cornelii Galli *uersus“ de morte Virgilii.* „ | Temporibus letis tristamur, maxime Cesar | × | plus fatis possunt Cesaris ora dei | “.

f. 28—28': „P. V[ergilius] M[aro]: *Hortulus.* | Adeste muse, maximi proles Jouis | × | tribuit colenti multiforme gaudium | “. (Fr. Buecheler et A. Riese: Anthologia Latina II 101).

f. 28'—29: *„De uino et Venere.* | Nec Veneris nec tu uini

capiaris amore | × | serua, fines horum transiluisse nocet | ". (Ibid. II 99).

f. 29—29': „*De ludo.* | Sperne ludum, uersat mentes uesana libido | × | ponite mature bellum, precor, iraque cessit | ". (Ibid. II 59).

f. 29'—30: „*De liuore.* | Liuor, tabificum malis uenenum | × | nec Phebus sobolesue clara Phebi | ". (Ibid. II 102).

f. 30—30': „*De fortuna.* | Fortuna potens tantum | × | nec quos deserit perpetuo premit | ".

f. 31—35': P. Ouidius Naso: *Epistula Saphonis.* „ | Nunquid ubi aspecta est studiose littera dextre | × | ut mihi Leucadie fata petantur aque | ".

f. 36: *De quantitatibus sillabarum.* „Qui breuiter sillabarum quantitates nosse uoluerit inferius annotatos uersus memorie tradat × | exosas, dantur his, mihi crede, pedes | ".

f. 37—54: „*Precepta rethorices super eleganciis a magistro* T R *pro pueris erudiendis in unum collecta.* Adiectiuum et substantiuum quocienscunque ponuntur in oratione × nec cura de hoc habeatur".

Gl. kgl. S. 3553 8vo chart., sæc. XV, ff. 124, cm. 19,3×11,5. Duo manuscripta in hoc codice distinguimus: Ms. *A*, folia 62—83 continens, anno 1468 Patauii per fratrem Jacobum Marinum Siculum exaratum, atque Ms. *B*, quod ff. 1—61, 84—124 complectitur, calamo currente per Antonium Rubeum anno 1479 scriptum.

Codex argumenti miscellanei. Excerpta ex operibus auctorum antiquorum, et odæ, epigrammata, epitaphia poetarum recentiorum, uelut Johannis Aurispe, Baptiste Guarini, Titi Vespasiani Strozzi, Mabilii Nouati, Nicolai Cosmici, Francisci Philelphi. Ex farragine hec notantur:

f. 1—2': *Tabula metrorum uariorum.*

f. 3—4': „Xenophontis *opus de uirtute ac uoluptate.* Herculem Prodicus scribit: Cum e pueris × beatissimamque utique felicitatem consequere".

f. 10'—15': *Tabula abbreuiaturarum.*

f. 18—23': „Tiphernes: *De scientiis et artibus.* Non sum nescius, clarissimi uiri × et ingenio et diligentia sunt assecuti".

f. 24—26: „Luciani *opusculum per* Aurispam *ex Greco in Latinum translatum*" *de Charone inferorum nauta.* „Sepe ac

multum ea mente cogitaui × uitam cuiusque examinare necesse est".

f. 26—28': *Nonnulle epistole* C. Plinii Secundi *atque quedam auctoritates ex epistolis* Plinii.

f. 28'—30': „*Quedam declamationes* Colutii. Lucretia Spurii Lucretii filia et Collatini Tarquinii uxor × | Alter apud manes, alter apud superos | ".

f. 31—32': „Joannis Sagarelli *Parmensis poete accusatio et indicium apud inferos actitata*". „Nunc Arina × manes inferni cum ciuibus eliseis admisceri".

f. 36—40: *De Grecorum deis.* „Saturnus pater deorum uidelicet Jouis, Neptuni, Plutonis × Nereides maris. Naiades aquarum".

f. 41—41': Dante Alighieri: *Canzone XXI.* „ | A faos ris por que trait haues | oculos meos. Heu quid tibi feci? | × | forse pieta ne haura chi me tormenta | ".

f. 41': „Ant. Rubeus *ad Phoebum Capellam*".

f. 42'—44: „*Excepta ex* Quinto Apicio Celio *de re coquinaria.* In edo uel agno. Edinam siue agninam excaldatam × facies ut ferueat; cum feruuerit, amulo obligas: aprum intro foras et inferes".

f. 44': „Laurentius Valensis *contra pontifices.* Cephas dicunt uocari Petrum × due posteriores nequaquam honeste sunt".

f. 45: „*Oda* Cornelii Galli, *clarissimi poete Foriiuliensis, ad Lidiam.* | Lidia bella, puella candida | × | quor me destituis iam semimortuum | ".

45'—50': „Vibius Sequester: *De fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus per literas liber.* Vibius Sequester Virgiliano filio salutem. Quanto ingenio ac studio × Volsci Itali Europe".

f. 50'—52: „*Ex libris cosmographie* Guidonis Rauenatis. Omnis Italia, que uersus meridiem × Pontus, Egyptus, Britania, numero XI".

f. 52—55': „Fabii Planciadis Fulgentii *ad Calcidium Ematicum sermonum antiquorum expositio.* Ut de tuorum, domine, preceptorum serie mea × tua uerba tam delenifica".

f. 56—58': „*Esopus in uita sua.* Permulti sunt impetus maris undarum × dignis suppliciis ulti sunt eos, qui mortis Esopi auctores fuerunt".

f. 58': „*Hippocratis iusiurandum.* Testor Apollinem medicum et Esculapium × contraria omnia eueniant".

f. 59—60: Leo Baptista de Albertis: *Dialogus Virtutis et Mercurii.* „Mercurius: Virtus deos per epistolas orauit × Virtus: Eternum latitandum est. Ego et nuda et desperata abeo". (Leonis Baptistæ Alberti opera inedita ed. H. Mancini 132).

f. 60'—61': *Littere* C. Plinii *Bebio Macro date.* (Editio Keilii 66).

f. 62—82: Sextus Aurelius Victor: *De uiris illustribus.* „De Proca Albanorum rege primo. Procas Albanorum rex Amulium × preciosissimis odoribus cremandum curauit. Caii Plinii Secundi oratoris eximii de uiris illustribus clarissimum opusculum feliciter explicit, Patauii per me fratrem Jacobum Marinum Siculum scriptum 1468 ultimo mensis Septembris indictione prima. | Saccensis Jacobus Siculus frater ac heremita | illustres uiros Plinio pinxit opus. | Trecentis lustris, septem minus, atque duobus | annis uerbigine lapsis, adesto finis | ".

f. 82'—83': „Jacobi Marini Siculi *heremite oratio" de Numa Pompilio.* „Nescio profecto, uiri dignissimi, qua fiducia × sacratissime christiane religioni rediges obligatum".

f. 84—95: „M. Tulii Ciceronis *oratio pro Archia poeta.* Quid est in me ingenii × certe scio".

f. 95—95': „*Epitaphium Sircii Polensis parasiti hystrionis festiuissimi editum a domino* Jacobo Baduario, *qui postea fuit archiepiscopus Spalatinus.* Viatores, ciues optimi uel aduene, siue singuli siue bini inceditis × his nugis ambagibusque meis condonatis postumis".

f. 96—114': „*Liber* Aristotelis, *qui uocatur nomine cyromancia.* Secantur scientie inter se × Et forte isti uerius dixere".

f. 115—116': „*Phrixonomia extracta de libro, qui secreta secretorum appelatur, quem scripsit* Aristoteles *magno Alexandro.* Scias ergo, quod matris est membrum × semper ad meliorem et ad probabiliorem partem te uerte. Completum est de signis et moribus hominum ad Alexandrum, qui dominator fuit totius orbis terrarum". „Joanne Mocenigo Venetiarum principe 1479 die 25. Septembris ego Ant. Rubeus Venetus accuratissime scripsi. Flogulus".

f. 117—118: „*De scientia geomantie quasi diuina.* Quicumque per artem huius scientie × res debebat fieri sicut patet in a. figura".

f. 118'—119: *Figure ad tractatum precedentem spectantes.*
f. 120—123': „Hieronimi Nanni *opusculum de pullice.* | Tu, precor, alma, faue ceptis nunc maxima nostris | × | composui uerba, que referunt pulicem | ".
Prov. Italia. — *Poss.* Hans Gram. (Cat. Gram. n. 285).

Gl. kgl. S. 1629 4to chart., sæc. xv, ff. 113, cm. 21,6×14. Codex ab initio mancus. Tegum. uetus.
f. 1—29: „Aurelii Augustini *Hipponensis episcopi Dialectica*". „//// naturalis ethica moralis. Logica rationalis × Contradictio est affirmationis et negationis oppositio. Ut Socrates disputat: Socrates non disputat".
f. 30—63': „Gaii Plinii Secundi Veronensis [rectius: Sexti Aurelii Victoris] *liber illustrium uirorum*". „Proca rex Albanorum × preciosissimis odoribus cremandum curauit".
f. 64—78: „C. Suetonii Tranquilli *de grammaticis et rhetoribus claris liber.* Grammatica Rome ne in usu quidem olim × conuocataque plebe causis propter quas mori destinasset diu ac more concionantis redditis abstinuit cibo". „Nil amplius reperitur".
f. 78'—87': „Modestus: *De re militari ad Theodosium Augustum.* Res militaris in tres diuiditur partes. Equites, pedites et classes × in obliuione perducta cognoscitur".
f. 88—101: *De magistratibus Rome.* „Urbis Rome et imperii Romani conditor × Item et Salinus Julianus".
f. 101—109: *De sacerdotiis.* „Faunus antiquissimus omnium regum × quoniam ad id deputati a pontificibus erant, nomen inditum est ab auibus".
f. 109—113': *De legibus.* „Jus pluribus modis dicitur: Naturale, quod est commune omnibus × satis et placere suis. Vale".
Prov. Italia. — *Poss.* Joannes Berlinghierius. (In folio preligato: „Joannis Berlinghierii et amicorum").

Ny kgl. S. 134 8vo membr., sæc. xv, ff. 72, cm. 16×10,4. Litt. init. cum ornam. Tegum. uetus.
f. 1—23': „*Oratio* Demostenis *contra Philippum.* Par quidem erat, uiri Athenienses, eos omnes, qui apud uos sententiam dicunt × seruare rempublicam possit".
f. 23'—26': „*Epytaphium Neuii*". „*Epytaphium Plauti*", etc.
f. 26'—33': „*Dicta* Cesaris".
f. 34—51': „*Oratio* Catiline *in Marcum Ciceronem.* Omnes

homines, qui in maximis principatibus × beniuolentie uestre restituite".

f. 51'—72': „Hesopi *fabula*". „*Oratio* Federici *Romanorum imperatoris ad Coradum eius filium, Sardonie regem*". „*Oratio* Catonis *ad milites*". „*Oratio* Metelli *de uxoribus*". *Dicta sapientium.*

Prov. Italia. — *Poss.* f. 1: Arma primi possessoris, vid. tabulam V n. 5.

Gl. kgl. S. 1990 4to membr., sæc. xii, ff. 203, cm. 25×16,8.

f. 2-203': Isidorus *Hispalensis episcopus: Etymologie siue origines.* „En tibi sicut pollicitus sum × ut uis morbi ignis ardore siccetur".

Prov. Italia. — *Poss.* Petrus Franciscus Paulus de Urbe ueteri [Orvieto]. (f. 1': „Liber Petri Francisci Pauli de Urbe ueteri"). — Franciscus Sabadini. (f. 1': „Francisci Sabadini codex hic est"). — Fr. Rostgaard. (f. 1': „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 469 n. 245). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405 n. 90).

Gl. kgl. S. 422 fol. membr., sæc. xi, ff. 149, cm. 29,8×21,1. Liber mutilus.

f. 1'—149': Isidorus *Hispalensis episcopus: Etymologie siue origines.* „Epistola sancti Isidori episcopi ad Braulionem episcopum. Domno meo et Dei seruo Braulioni episcopo Isidorus. Omni desiderio desideraui × ut uis morbi ignis ardore siccetur".

f. 149': *Quedam arithmetica.*

Poss. Monasterium beate Marie et sancti Cypriani in Nienborch. (f. 1 [sæc. xv]: „Isidorus Ethymologiarum sancte Marie sanctique Cypriani in Nigenborch prope Berneborch". — „Iste liber est beatissime genitricis Dei Marie semperque uirginis sanctique Cipriani episcopi et martiris monasterii in Monichennienborch ordinis sancti Benedicti Magdeburgensis dioceseos"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 70. — Cat. Pechlin. n. 26. — Cat. Möllmann. n. 275).

Gl. kgl. S. 424 fol. membr., sæc. xiv, ff. 189, cm. 32×21,2. Litt. init.

f. 1—189: Papias: *Vocabularium.* „Fili utique karissime debui, si potuissem × Zozia. signa .... ubi iam reuelata facie illa uera et coeterna perfruamur sapientia cum patre ....."

Poss. Fr. Lindenbrog. (f. 1: „Ex bibliotheca Fr. Lindenbrogi"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 69. — Cat. Pechlin. n. 31).

Gl. kgl. S. 3545 8vo membr., sæc. XII, ff. 13, cm. 14×9,6.

f. 1—11': „ALBERICUS CASSINENSIS: *Dictaminum radii*". „Hactenus quasi lacte doctrine mentes infantium rigauimus, superest ut uiriles animos × nomen non usurpet scriptoris".

Poss. Fr. Lindenbrog? (f. 1: Signatura: „No. 24"; cf. codd. Gl. kgl. S. 21, 26, 1341, 1343, 1344, 1588, 1616, 1849, 3543, qui eodem modo signati sunt: No. „28", „27", „15", „17", „19", „16", „13", „23", „7". Gl. kgl. S. 1849 manu Friderici Lindenbrogii scriptus est, Gl. kgl. S. 1616 sine dubio id manuscriptum est, quod Lindenbrog e bibliotheca P. Merule anno 1595 abstulit). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 134. — Cat. Möllmann. n. 94).

Gl. kgl. S. 423 fol. chart., sæc. XV (f. 199: „1432"), ff. 199, cm. 29×21,5. Tegum. uetus.

f. 1—199: EBRARDUS BETHUNIENSIS: *Grecismus* (cap. IX—XXVII) *glossis et commentariis illustratus*. „ | Est pater hic cura: pater est alius genitura | × | Explicit Ebrardi Grecismus nomine Christi |. Qui dedit alph et o sit laus et gloria Christo |. Et sic est finis huius libri finitus sub anno Domini 1432".

f. 1—199: *Commentarii:* „Sapientia a philosopho primo describitur. Sapientia est uera rerum cognitio. × ut post uite passiones capiamus mansiones in futura gloria. Amen".

Prov. Germania. — *Poss.* Joannes van der Rythe (f. 199: „Liber Joannis van der rythe"). — Monasterium s. Johannis in Cismaria (Signatura in dorso: „h. 14"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 280).

Gl. kgl. S. 426 fol. membr., sæc. XIV, ff. 137, cm. 25,7×19,2.

f. 1—136': HUGUITIO: „*Liber deriuationum*. Augeo -es auxi auctum amplificare × Zoroastrum minimum sidus".

f. 137: *Versus*. „ | Filius in Domino sapiens dat gaudia patri | filius insipiens grauis est confusio matri | × | Que muri zona non cingitur urbs timet hostem | sic aperit sathane ////".

Prov. Germania. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (f. 1: „Liber sancte Marie sanctique Johannis euangeliste in

Ciscemer"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 161. — Cat. Pechlin. n. 38. — Cat. Möllmann. n. 277).

Thott 384 fol. chart, sæc. xv, ff. 215, cm. 29×20,5. Littere initiales penna delineate. Liber mutilus. Tegum. uetus.

f. 1—215: „Huguitio": *Liber deriuationum.* „Abba Sirum nomen, quod interpretatur pater × uaco a lectione, id est, cesso a lectione. uaco nummis, id est, careo nummis. Sed omnes ////"

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Cat. Thott. VII 308 n. 384).

Gl. kgl. S. 425 fol. chart., sæc. xv (f. 383': „1443"), ff. 383, cm. 29×20. Codex mutilus. Tegum. uetus.

f. 1—383: Johannes de Janua: *Catholicon.* „///// de sum, es, est uel de fuo, fuis . . . . . G apud Latinos nullius sillabe est terminalis, nisi cum loco d uel b ponitur × que modica est ratio. Et sic est finis huius Catholicon anno Domini 1443 in die Mercurii ante festum palmarum post prandium hora quasi secunda. Fuit scriptum nec non completum per manus Jhohannis Hamborch filii fabri etc. in Luneborch".

Prov. Germania. — *Poss.* Johannes de Minda, canonicus Lubecensis. (In interiore parte tegumenti: „Hunc librum dedit dominus Johannes de Mynda, canonicus Lubecensis"). — Monasterium s. Johannis in Çismaria. (Signatura in tergo: „D 2"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 278).

Ny kgl. S. 58^{b} fol. chart., sæc. xv, ff. 50, cm. 27,7×19,7.

f. 1—45': *Tractatus de prosodia Latina.* „L Con. T. L. Hein. K suo salutem plurimam dicit. Si unquam tue morem gerere uoluntati noluissem, amantissime mi Heinrice, × Dytrocheus, creticus catatrocheon dicebatur". [Prologus anno 1481 compositus est; author operis fortasse Conradus de Leonberg].

f. 46: *Ex bello Catilinario* Sallustii *pauca.*

f. 46'—50 [manu sec.]: „*Musica compendiose de cantu plano siue Gregoriano determinans.* Musice studium inter cetera arcium studia × regula de ascensu et descensu tonorum".

Gl. kgl. S. 2038 4to chart., sæc. xv, ff. 45, cm. 21,5×17,6.

f. 1—44: „*Liber metrologie Priscianice* Anthonii Baratelle *de Laureia agri Patauii", cum notis marginalibus.* „Argumenta metrologie Priscianice Antonii Baratelle Laurei Patauii

octo in generibus metrorum × | ut cum Crhisticolis post funera luceant per astra | ".

f. 44'—45: *De generibus metrorum.*

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 470 n. 253). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 92).

Thott 1064 4to chart., sæc. xv, ff. 115, cm. 20,5×13,7.

f. 1—11': Maximianus: *Elegie.* „ | Emula quid cessas finem properare senectus | × | quos placido melius nunc fouet unda sinu | . Finis Maximiani de senectute". [Preter elegias, quas Aem. Baehrens recensuit (Poetæ Latini minores V 313—348), 6 alie hic inueniuntur, sc. f. 10': „Premia tot forme numeret quis uoce sonora", f. 10': „Lux oculis, lux blanda, meis lux mentibus apta", f. 11: „Quisquis ad excelsi tendit fastigia mentis", f. 11: „Quod micat ornatum pulchro munimine saxum", f. 11: „Quis tam diuerso concludens atria cultu", f. 11': „Hec quondam rapido fugiens per deuia cursu"].

f. 12—47: *Tractatus de arte loquendi et scribendi.* „Cum omnis eloquencie et perfecte elocucionis preceptio in tres partes sit distributa × ab immortali Deo datum sit".

f. 48—113: *„De elegantia lingue Latine secundum Laurencium Vallensem.* De nominibus in -osus. Nomina in -osus, que descendunt × ueho in uestigal".

f. 113'—115: *„Ad laudem s. Jeronimi.* Care uiator aue te dulciter oro parumper | siste gradum et celebes legito sub carmine laudes | . Inclite fert animus meritas Jeronime laudes | × | committe ut miserum faciat me in fine beatum | ".

Prov. Italia. — *Poss.* Christian Kortholt. — Sebastian Kortholt. — O. H. Moller. (f. 1: „C. Kortholt". — „Ex bibliotheca Christ. et Sebast. Kortholt professorum Kilon. sibi comp. Olaus Henr. Moller 1766"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 436 n. 1064).

Gl. kgl. S. 2036 4to membr., sæc. xiv, ff. 51, cm. 16×11,5.

f. 2—18': Theodulus: *Ecloga, cum commento.* „ | Ethiopum terras iam feruida torruit estas | × | desine, quod restat, ne desperatio ledat | ". *Comm.* incipit: „Eclogarum diuersitates tres sunt".

f. 19—49': Galfridus de Vino Saluo: *„Noua poetria", cum glossa.* „ | Papa, stupor mundi, si dixero papa Nocenti | × crescere non poteris quantum de iure mereris | ".

f. 50'—51': *Glossarium Latinum.*

Poss. Janus Kotteritius. (In folio preligato: „Jano Kotteritio“) — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 119. — Cat. Möllmann. n. 324).

Thott 309 fol. membr., sæc. xv, ff. 22, cm. 24,5×18. Litt. init. Thott 307, 308, 309 fol. ex eodem codice sunt.

f. 1—22': Theodolus: *Liber eclogarum, cum translatione magistri* Johannis le Feure. „ | Ethiopum terras iam feruida torruit estas | × | desine quod restat, ne desperatio ledat | “. [Textus Latinus minio exaratus permanet, textus translationis pene deletus est].

Prov. Gallia. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 302 n. 309).

Litt. Abrahams 58.

Gl. kgl. S. 431 fol. membr., sæc. xii, ff. 48, cm. 25×13,5.

f. 1—47: Alanus ab Insulis: *Anticlaudianus.* „ | Auctoris mendico stilum phalerasque poete | × | et famam delere cupit laudesque poete | “. (Migne PL. 210. 487).

f. 47' [manu secunda]: *Prefatio auctoris.* „Cum fulminis impetus × labore mei studii desudarem“.

f. 48—48' [manu tertia]: *Tractatus de uirtutibus.* „Cum circa utilia studere debeamus exemplo Salamonis dicentis: Cogitaui × uirtutes nobis /////“

Prov. Germania. — *Poss.* Ecclesia s. Johannis baptiste in Vratislauia. (f. 1: „ecclesie Wratislauiensis“; cf. cod. Gl. kgl. S. 1327 4to). — Conuentus s. Adalberti ordinis predicatorum ibidem. — D. Ebersbach, pastor parrochie Böl in Anglia Cimbrica, deinde concionator aulicus Eutinensis atque superintendens episcopatus Lubecensis. (f. 1: „D. Ebersbach d d.“). — Bibl. Gottorpiensis.

Gl. kgl. S. 2035 4to membr., sæc. xii, ff. 48, cm. 18,8×13.

f. 1—48: Alanus ab Insulis: *Anticlaudianus, cum glossis nonnullis.* „ | Auctoris mendico stilum phalerasque poete | × | supplantare nouas saltem post fata silebit“. (Migne PL. 210. 487).

f. 48—48': *Prefatio auctoris.* „Dum fulminis impetus × labore mei studii desudarem“.

Poss. Janus Kotteritius. (In interiore parte tegumenti: „Jano

Kotteritio"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 105 — Cat. Möllmann. n. 269).

Thott 1062 4to membr., sæc. XIII et XV (f. 1—8': sæc. XIII ineunt.; f. 9—18': sæc. XV; f. 19—42': sæc. XIII ineunt.; f. 43—45': sæc. XV, f. 46—49': sæc. XIII ineunt.; f. 50—52': sæc. XV), ff. 52, cm. 24,$_2$×13,$_3$. Litt. init. Re uera duo mss. iam sæc. XV in unum codicem collecta.

f. 1—52': ALANUS AB INSULIS: *Anticlaudianus.* | „Auctoris mendico stilum phalerasque poete | × | supplantare nouas saltem post fata silebit | ". (Migne PL. 210. 487).

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (In folio preligato: „Fridericus Rostgaard emit Florentiæ 1699". — Bibl. Rostg. 470 n. 251). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 407 n. 106).

Litt. Bruun 266.

Gl. kgl. S. 2092 4to membr., sæc. XV (f. 118: „1401"), ff. 118, cm. $26{,}5 \times 18{,}5$. Codex litt. init., picturis, floratura ornatus. Note marginales, que Antonii Salvini esse dicuntur. (Bibl. Rostg. 470).

f. 2—60: JOHANNES BOCCACIUS DE CERTALDO: *De mulieribus claris.* „Pridie mulierum egregia × laceratum dentibus inuidorum depereat".

f. 61—118: „*Viri clarissimi ac poete illustris* JOHANNIS BOCCACII DE CERTALDO *ciuis Florentini de montibus et fluminibus, fontibus, siluis, lacubus et maribus.* Surrexeram equidem fessus × et doctrine ascribatur sue. MCCCCI Februarii 10. Ticini perfeci hora 23. Deo laudes sanctisque omnibus".

Prov Italia. - - *Poss.* Lucantonius Rodulphi. (In folio 1 hoc nomen bis scriptum est). — Fr. Rostgaard. (In folio preligato: „Fridericus Rostgaard emit Florentiæ 1699". — Bibl. Rostg 470 n. 249). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 407 n. 105).
Litt. Bruun 281.

Thott 1204 4to chart., sæc. XV, ff. 140 („1"—„140"), cm. 23×16,4.
f. 1—119: „Johannis Boccaccii de Certaldo *de mulieribus claris*". „Pridie mulierum × dentibus inuidorum depereat".
f. 120—133: „*Compendium Romane historie* Johannis Boccaccii". „Regum, consulum, imperatorum × unde imperium emerserat imposuit".
Prov. Italia. — *Poss.* I. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 128 n. 602. — Thott 1204 4to atque Thott 1201 4to colligati erant). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 444 n. 1204).

Gl. kgl. S. 2145 4to membr., sæc. XV, ff. 99, cm. 24,8×15,4. Prima pagina more Italico decorata; in margine inferiore scutum aureum, in quo imago peregrini ad S. Jacobum pergentis, cappa induti, petasum cum signo peregrinationis portantis atque baculum et rosarium manibus tenentis. In initio uitarum, que in codice continentur, picte sunt imagines heroum atque imperatorum, de quibus tractatur.
f. 1—3': „*Ad clementissimum uirum dominum Prosperum Columnam sancte Romane ecclesie cardinalem clarissimum* Lapi Castelliunculi *prohemium in Thesei ac Romuli uitas.* Cum aliis in rebus × Nunc ad Thesei et Romuli uitam ordine accedamus".
f. 4—26: Plutarchus: „*Thesei uita per* Lapum Castelliunculum *in Latinum conuersa.* Quemadmodum in orbis terre situ × ac terram continentem appellare solemus".
f. 26'—55: Plutarchus: *Vita Romuli per* Lapum Castelliunculum *in Latinum conuersa.* „Urbis Rome nomen magnum × preter uoluntatem deorum esse creatum".
f. 55—55': „Leonardi Aretini *uiri eloquentissimi ad reuerendissimum sancte crucis cardinalem in Aristotelis uitam prohemium.* Quanta nobis Aristoteles philosophus × amor augescat".
f. 55'—65: Leonardus Aretinus: *Vita Aristotelis.* „Aristoteles philosophus ex opido fuit × optimi atque probatissimi".

f. 65 - 65': Leonardi Aretini *littere Poggio date*. „Leonardus Aretinus salutem plurimam dicit Pogio. Nihil opinor me iuuissent commentaria illa tua de bibliotecis × exemplum scribendi prebet. Vale". (Leonardi Bruni Arretini epistolarum libri VIII (1741) II 41).

f. 66—67: „Francisci Philelphi *prohemium in uitam Galbe Cesaris ad Malatestam Nouellam*. Quum ego istac nuper × non multo post de Othone auditur".

f. 67—86: Franciscus Philelphus: *Vita Galbe Cesaris*. „Iphicrates Atheniensis idcirco existimabat × mortem dimisit".

f. 86—87: Franciscus Philelphus: *„Prohemium in uitam Othonis*. Ut alii multi Malatesta Nouelle × et Grecarum litterarum ignaris consuleremus".

f. 87—99': Franciscus Philelphus: *„Vita Othonis*. Et iunior imperator Otho cum primum illuxisset × se Ceane addiderunt".

Prov. Italia.

Litt. Bruun 245.

Gl. kgl. S. 2138 4to membr., sæc. xiv (f. 109: „1397"), cm. 23×15. Tegum. uetus.

f. 1—109: Guido de Columna: *„Historia de excidio urbis Troyane"*. „Si et uetera cottidie recentibus obruantur × | Cum pressi hostilem fraude peremptus humum | . Ego autem Gwido de Columpnis . . . . . Factum est autem presens opus anno dominice incarnacionis 1287 eiusdem prime indictionis feliciter Amen . . . . . Scripta est et cum diligencia finita prescripta historia Troyana per magistrum Hinricum Vredeland, magistrum in artibus studii Pragensis et notarium eximie et imperialis ciuitatis Lubicensis, sub anno Domini 1397, incepta 14. die mensis Januarii, completa uero prima die mensis Junii currente quinta indictione".

Prov. Germania. — *Poss.* Tydericus Zuchow. (In interiore parte tegumenti [sæc. xv]: „Hunc librum dedit dominus et magister Tydericus Zukow utriusque iuris doctor fratribus Cartusiensium prope Rozstok"). — Domus legis Marie fratrum Cartusiensium prope Rozstok [Marienehe]. (f. 10'—11: „Iste liber est Cartusiensium domus legis Marie prope Rozstok"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 142. — Cat. Möllmann. n. 202. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 235).

Gl. kgl. S. 488 fol. chart., sæc. xv (f. 113: „1451"), ff. 113, cm. 27,4×20. Postligata sunt 4 folia membranacea, que tegu-

mento ueteri adherebant; continent copias litterarum dat. Venetiis anno 1348.

f. 1—112': Guido de Columna: „*Liber Troianorum*". „Et si quotidie uetera × | Cum presi hostilem fraude peremptus humum . Explicit liber Troianorum, quem ego Jeronimus de Sapientibus de Cremona filius domini Oliuerii scripsi in cancellaria Naxee Egeopelagii anno dominice natiuitatis 1451 indictione tercia decima die uigesimo primo mensis Maii".

Prov. Italia. — *Poss.* Sebastianus Ericii A. F. (In folio postligato [sæc. xvi]: „Guidonis Judicis de Columna Messanensis liber de rebus Troianis. Sebastiani Ericii A. F.") — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 470 n. 248). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 102).

Ny kgl. S. 151 fol. chart., sæc. xv (f. 100': „1470"), ff. 100, cm. 29×21. Tegum. uetus.

f. 1—100': Guido de Columna: *Historia de excidio urbis Troyane.* „Si et uetera cottidie recentibus obruantur × Cum pressi hostilem fraude peremptus humum | . Ego autem Gwido . . . . anno dominice incarnationis 1287 eiusdem prime indictionis feliciter . . . .". „Explicit historia Troyana per me Arnoldum . . . . . [Cognomen atramento oblitum] 1470 altera die Johannis decollationis".

Prov. Germania. — *Poss.* P. F. Suhm.

Ny kgl. S. 150 fol. chart., sæc. xv, ff. 112, cm. 29×20,5 Tegum. uetus.

f. 1—80': Guido de Columna: *Historia de excidio urbis Troyane.* „Licet cottidie uetera recentibus × | Cum pressi hostilem fraude peremptus humum | . Et ego Gwido de Columpnis . . . . anno dominice incarnationis 1287 eiusdem prime indictionis feliciter".

f. 82—112: „Ludolphus de Suchem": „*Liber de itinere terre sancte*". „Reuerendissimo in Christo patri ac domino, domino suo gracioso Baldewino de Stenuordia, Paderburnensis ecclesie episcopo, Ludolphus, parrochialis ecclesie in Suchem rector, debitam reuerentiam et honorem. Cum multi de partibus ultramarinis seu terra sancta × Hec sunt itinera terre

sancte bona . . . . . Et nomen Domini inuocato incepi et compleui, cui laus . . . . .“

Prov. Germania. — *Poss.* P. F. Suhm.

Gl. kgl. S. 489 fol. chart., sæc. xv, ff. 115, cm. 28,5×21.

f. 1—115: Guido de Columna: *„Liber de casu Troye“*. „Licet coetidie uetera recentibus obruantur × | Cum pressi hostilem fraude peremptus humum |. Et ego Guido de Columpnis . . . . Quod quidem opus factum est anno dominice incarnacionis 1287 prime indictionis feliciter Amen. Explicit liber de casu Troye“.

f. 115’ [manu secunda]: *„Reuelacio anni gracie 1448 super dispendio uniuersali ipsius anni.* Hic annus est annus multe dissimulationis et prothelacionis odiorum absconditorum × de qua plures euadent auxilio medicorum, quidam uero subitanee morientur. Edita in Francia in ciuitate Tornocensi“.

Prov. Germania. — *Poss.* Nicolaus Sanckenstedt, proconsul Luneburgensis. (Gl. kgl. S. 456 fol. f. 1: „Iste liber pertinet domino Nicolao Sanckenstedt, proconsuli Luneburgensi“. — Gl. kgl. S. 489 fol. eadem manu, qua Gl. kgl. S. 456 fol. scriptus est. — Cat. Möllmann n. 156: „Fratris Martini ordinis Prædicatorum Chronicon de Pontificibus summis et Imperatoribus. Anonymi liber de casu Trojae. Historia van dem Mirakel van einem Geiste in dem Lande van Luneburgischen Cleve 1437“). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 156).

Gl. kgl. S. 2159 4to membr. et chart., sæc. xii et xv, ff. 77 (f. 1—63: membr., f. 64—77: chart.), cm. 24,7×17. Tegumentum in Nouomonasterio factum.

f. 1—59 [sæc. xii]: Robertus monachus: *Historia Jherosolimitana.* „Uniuersos, qui hanc historiam legerint × quomodo uult miseretur et sanat, qui in trinitate perfecta uiuit et glorificatur Deus per omnia secula seculorum. Amen“. (Recueil des historiens des croisades. Historiens occidentaux III 721—882).

f. 59 [sæc. xii]: *Epistola patriarche Jherosolimitani et episcoporum tam Grecorum quam Latinorum.* „Jerosolimitanus patriarcha et episcopi tam Greci quam Latini uniuersaque militia × Georgio et Theodoro et Demetrio et beato Blasio militibus Christi nos uere committimus“.

f. 59—61 [sæc. xii]: *„Epistola regis Constantinopolitani“*. „Domino et glorioso comiti Flandrensium Ruodberto et omnibus

tocius regni principibus × sed mercedem habeatis in celis in perpetuum".

f. 61—63' [sæc. XII]: „*Planctus* ORIGENIS. In afflictione et dolore animi incipio loqui × condolentis mihi ecclesie, quia tibi gloria patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum".

f. 64—76 [sæc. XV]: „*Post acquisitionem Jherusalem*". [ɔ: *Gesta Francorum Jherusalem expugnantium* cap. XL—LXXII]. „Post hec Boemundus Anthiocenus × lumine pleno lucebat". (Recueil des historiens des croisades. Historiens occidentaux III 518—542).

f. 76 [sæc. XV]: *De Godefrido rege.* „Rex Godefridus prout benignius poterat patriarchatum disposuit × | Milicie speculum, populi uigor, anchora cleri |". (Ibid. 542).

f. 76'—77 [sæc. XV]: *De Balduino rege.* „Cui successit Balduinus frater eius × comes Andegauensis et Cemanorum". (Ibid. 542).

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio in Holsatia. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio, postea in Bordesholm translata. (Una cum Gl. kgl S. 1312 4to codex noster unus fuit, scilicet codex Bordesholmensis n. „D 24" in uetere catalogo monasterii Bordesholmensis). — Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii n. 75. — Cat. Möllmann. n. 328. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 203—204).

Litt. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII 157. — Recueil des historiens des croisades. Historiens occidentaux III. Préface XLVIII.

Gl. kgl. S. 494 fol. chart., sæc. XV, ff. 86, cm. 27,$_6$×19. In fine mutilus.

f. 1—8: *Tabula operis.*

f. 8—86': PAULUS DIACONUS: *Historia Romana.*

f. 8—54: „Primus in Ytalia × diligentiam reseruamus. Hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus Dyaconus addidit iubente domina Adilperga christianissima Beneuenti ductrice, coniuge domini Arichi sapientissimi principis, et ideo que sequuntur idem Paulus ex diuersis auctoritatibus proprio stilo connexuit". (Pauli historia Romana in usum scholarum ex monumentis Germaniæ historicis recusa ab H. Droysen 3—90).

f. 54—76: „Anno ab urbe condita 1119 Valentinianus × promenda sunt“. (Ibid. 90—135).

f. 76—86': „Cum iam, ut premissum est, Romanorum desierit apud Ytalos imperium × fame et frigore, bello pestilentia ////“ (Monumenta Germaniæ historica. Auctorum antiquissimorum tomus II 396—404).

In folio membr. codici adligato [sæc. XIV]: *Ex Legenda aurea* JACOBI DE VORAGINE. *De s. Andrea apostolo.* „//// mirabilia. Stupefactus ad uerba meretricis × Quid igitur, pater benignissime, tam diu pugnanti restiti atque tua ope superaui et uici. A te iusto ///“ (Jacobus de Voragine: Legenda aurea, ed. Graesse 14—18).

Prov. Germania. — *Poss.* Fr. Philyraenus. (f. 1 [sæc. XVI]: „Liber Friderici Philyraeni“). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii n. 80. — Cat. N. Heinsii n. 63. — Cat. Pechlin. n. 98. — Cat. Möllmann. n. 268).

Litt. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII 153, 1024.

Ny kgl. S. 151^{b} fol. membr., sæc. XV, ff. 62, cm. 25,5×17,5. Litt. init.

f. 1—62': LEONARDUS ARETINUS: *De bello Punico libri III.* „Vereor ne qui me putent × pauca loca excedere iussi sunt“.

f. 62' [manu secunda]: „*Epitaphium Jacobi de Cararia a famosissimo et elegantissimo* FRAN[CISCO] PE[TRARCHA] *editum.* | Heu magno domus arcta uiro sub marmore paruo | × | hominibus raris uisere posteritas | “.

Prov. Italia — *Poss.* G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss M. D. Francofurti ad Moenum“. — Bibl. Kloss. 322 n. 4544). Empt. Londinii anno 1835 pretio: £ 2. sh. 5.

Thott 554 fol. membr., sæc. XV, ff. 155, cm. 28,2×20. Codex pictura, floratura, litteris initialibus ornatus.

f. 1—4: *Tabula.*

f. 4—155: RODERICUS XIMENES *archiepiscopus Toletanus: Chronicon Hispanie una cum additionibus* BENEDICTI MORER DE TORLA. „Serenissimo et inuicto × in magno Danubii flumine“. (A. Schott: Hispania illustrata II 26).

Prov. Gallia. — *Poss.* f. 5: Insignia gentilicia sæc. XVI picta, uid. tab. VI n. 2 et n. 3. — Paulus Petauius. (f. 1: Signatura:

„C 48“. — f. 5: Insignia gentilicia. — In superiore parte tegumenti: Arma gentilicia eius et epigramma: „Non est mortale, quod opto“. — In dorso: Monogramma Petauii. — Montfaucon: Bibliotheca bibliothecarum I 86). Ex eadem bibliotheca prodeunt Thott 160 fol., Thott 520 4to, Gl. kgl. S. 487 fol. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 324 n. 554).

Litt. Bruun 247. — P. Högberg: Notices et extraits des manuscrits espagnols de Copenhague. Revue hispanique XLVI 398.

Ny kgl. S. 1875 fol. membr., sæc. XVI, ff. 24, cm. 38×28. *Chartularium* continens chartas Gerunde et in parrochia de Juyano in Hispania ann. 1456—1536 datas et a notariis publicis confirmatas.

Prov. Hispania. — Empt. anno 1918.

Gl. kgl. S. 2158 4to membr., sæc. IX—X, ff. 64, cm. 21×15. Litt. init. Diuersis manibus script. Quaterniones nonnulle deperdite.

f. 1—64': Paulus Diaconus: „*Historia Langobardorum*“. „De Germania quod plures nutriat populos ideoque ex ea multe gentes egrediantur. Septemtrionalis plaga × [Liber VI] Capitulum XVIIII. Inter hec Cuninepert . . . . Regnumque Langobardorum ////“

Prov. Italia (ut docet orthographia). — *Poss.* Fr. Lindenbrog. (f. 1: „Ex bibliotheca Fr. Lindenbrogii“). — Bibl. Gottorp. (Fridericus Lindenbrog codicem anno 1612 Johanni Adolpho duci dono dedit. — Cat. N. Heinsii n. 91. — Cat. H. Lindenbrog. n. 97. — Cat. Pechlin. n. 209).

Litt. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII 343. — Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde I 540. — Monumenta Germaniæ historica. Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum (1878) 31.

Gl. kgl. S. 2160 4to membr., sæc. XV, ff. 61, cm. 20×13,5. Litt. init.

f. 1—61: *Pacta et conuentiones ducum Venetiarum et alia ad historiam Venetiarum pertinentia.* „Hec sunt pacta et conuentiones, quas Balduinus rex Jerusalem fecit beato Marco. × dux Venetiarum missit ad Crete ducam. Ego Johannes Franciscus Arcignaneus ciuis et habitator Vincencie exemplaui ex uetustissimo codice complurium instrumentorum, quem Bap-

tista Franchus patricius Genuensis ex cancelaria ciuitatis Janue ad insignem equitem Gulielmi Paiellum Vicentinum transmissit anno salutis christiane septuagessimo quinto supra quadrigentessimum et milesimum".

Prov. Italia. — *Poss.* f. 1: Arma primi possessoris, uid. tabulam VI n. 4. — Fr. Rostgaard. (In interiore parte tegumenti: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 469 n. 246). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 100).

Litt. Bruun 274.

Gl. kgl. S. 1928 4to membr., sæc. xv, ff. 15, cm. 25,7×17. Litt. init. f. 1: Arma gentilicia, uid. tab. VI n. 5.

f 2—12': *Mandatum Petri Mocenigi ducis Venetiarum [1474—1476], quo communitas Jadre Danieli Barbadico committitur.*

f. 13 [manu secunda]: *Salarium Danielis Barbadici.*

f. 15 [manu tertia]: *Rationes lingua Italiana concepte.*

Prov. Italia. — *Poss.* Daniel Barbadicus. — P. Scavenius. (f. 1: „N. 9 in Fo". — Bibl. Scav. 368 n. 9).

Litt. Bruun 275.

Gl. kgl. S. 2205 4to membr., sæc. xv, ff. 66, cm. 20×14. Litt. init.

f. 1—23: Antonius Gallus *Genuensis*: *Commentarius de Genuensium maritima classe in Barchinonenses expedita anno 1466.* „Quod me sepe hortatus es Gotifrede × per suos pyratas desinentes". (Muratori: Rerum Italicarum scriptores XXIII 245—262).

f. 25—66': „Antonii Galli *Genuensis ad Hieronymum Moniliensem Johannis eximii medici filium" commentarius rerum Genuensium ab anno 1476 ad annum 1478.* „Quando quidem, Hieronyme, ita tibi uidetur × et ipsi uexabantur". (Ibid. 263—300).

Prov. Italia. — *Poss.* Julius Pasqua. (Nomen ac insignia eius in tegumento impressa). — Benedictus Ahlefeldt. (In folio preligato: „Ex libris Benedicti ab Alefeldt"). — C. F. Temler. (Bibl. Temler. 360 n. 12). In auctione Temleriana pretio 1 Rdl. 9 Sk. codex emptus est.

Gl. kgl. S. 2125 4to chart., sæc. XV—XVI, ff. 30, cm. 21×14,5. ALEXANDRI FARNESII *cardinalis* [PAULI III *pape*] *et ad eum epistole* ann. 1488—1490 scripte, multe autem s. a. Codici inserte sunt epistole pauce manu ipsius Alexandri Farnesii scripte ann. 1504 uel s. a., relique autem copie sunt.

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (Bibl. Rostg. 529 n. 844). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 416 n. 207) — Hans Gram. (Note manu Johannis Grammii scripte. — Catalogus mss. Joannis Grammii n. 221).

Thott 1313 4to membr., sæc. XV (f. 22': „1455"), ff. 24, cm. 16×12,7. Litt. init. Unum folium deest. Tegumentum in Italia sæc. XV factum, agno Dei impressum.

f. 1—22': GABRIEL PAUERUS FONTANA: *Descriptio nuptiarum, quas Tristanus filius Francisci Sphortie cum Beatrice celebrauit.*

f. 1—2': Prefatio. „Illustri principi Francisco Sphortie Gabriel Pauerus Fontana s. d. p. Cum mecum animo uolutarem × meque commendatum habe".

f. 3—22': Descriptio nuptiarum. „//// aut iucundiores aut spectaculo digniores × benignas egit gratias. Hicque facto fine quierunt. Mediolani Mais 1455".

f. 23'—24: GABRIEL PAUERUS FONTANA: *Poema principi Francisco Sphortie dicatum.* „Illustri principi Francisco Sphortie Gabriel Pauerus Fontana s. d. p. | Magnanime heroum princeps, quem numina celi | × | Altera quam primum multo maiora parabit | . Mediolani quarto Idus Quintiles 1455".

Prov. Italia. — *Poss.* Franciscus Sphortia et heredes eius. — Ludouicus XII, rex Francie. (f. 24: „De Pauye y. Au Roy Loys XII^{e}"). — I. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 109 n. 541). — O. Thott. (Bibl. Thott VII 447 n. 1313).

Gl. kgl. S. 432 fol. chart., sæc. XV, ff. 154, cm. 27,9×20,9.

f. 2—2': *Littere Catalanorum ad Pium II papam scripte Barchinone in Octobr. 1463.*

f. 3—5': *Poemata lingua Catalana scripta.*

f. 5': „*Epitaphium, quod juste deberet poni ad sepulchrum principis Tarenti, uel saltem ultimi duo uersus.* | Ter comes atque quater iacet hic princepsque Tarenti | × | debuit hic casus morsque fuisse prius | ".

f. 5': „*Super epithaphium principis et funeris consolationem*

ad neptem. | Dicite Pierides, que uestro carmina mittam | × | Hic iacet, iste rapit. Deus egit sic quoque finem | “.

f. 9—15’: *Varia lingua Catalana scripta; inter alia annales Hispanici.*

f. 17—52’: „*Antonii Panhormite poete laureati poematum et prosarum libri duo*“. „ | Desine me placida uerbis abducere terra | × | tantum leta suum uidit Verona Guarinum | “.

f. 52’—56: Antonius Panhormitanus [?]: *Poemata, inprimis epitaphia* „T. Stroccio poete de leuitate Nemesis. | Ingrate Nemesi tu corque animumque dedisti | × Epitaphion Minnici Mellis. | Siluicole phanni stirps aurea Minnicus urna | ....“.

f. 57—73’: Antonius Panhormitanus: *Epistole Campane.* „Tu quidem efflagitas × meumque corculum. Ex Verona Kal. Maii“.

f. 77—122’: Antonius Panhormitanus: *Volumen epistolarum Oliuerio archiepiscopo Neapolitano dicatum.* „Quintum hoc epistolarum uolumen proxime cum absoluissem × tueque sanctitatis uel maxime obseruatorem“. (Bandinius: Catalogus codicum Latinorum bibl. Mediceæ Laurentianæ III 606. — cf. M. v. Wolff: Leben und Werke des Antonio Beccadelli (1894) 91).

f. 125—148’: Antonius Panhormitanus: *Alphonsi regis epistole.* „Petis ac flagitas ut epistolas Alphonsi patris per me olim compositas × Vale et triumpha“.

f. 149—154: Antonius Panhormitanus: *Ferdinandi regis epistole.* „Magnum et graue onus × Etsi pro nostra consanguinitate ac mutua et singulari beneuolentia prolixius scribere et accuratius ////“

f. 154’: *Varie note lingua Hispanica diuersis manibus sæc. XVII scripte.*

Prov. Hispania uel Italia meridionalis.

Gl. kgl. S. 400 fol. chart., sæc. XIV, ff. 73, cm. 30×23. Tegum. uetus.

„*Statuta prouincialia ducatus Spoletani*“.

f. 1—5’ [manu secunda]: „Rubrice constitutionum curie generalis Spoletani ducatus Gerardi Scoctegioni de Spoleto notarii, quas rubricas scripsit idem Gerardus sub anno Domini 1378 indictione prima die uicesimo sexto mensis Martii, quo die obbiit dominus Gregorius papa XI“.

f. 7—15’ [manu prima]: „Liber primus constitutionum uigentium in curia generali Spoletani ducatus“.

f. 16—40': „Liber secundus .... in quo continentur constitutiones pertinentes ad officiales et iura fiscalia et publica et iurisdictiones ecclesie".

f. 41—44: „Liber tertius de constitutionibus pertinentibus ad officium spiritualium".

f. 45—60: „Liber quartus maleficiorum, in quo continentur constitutiones pertinentes ad processum et punitiones maleficiorum".

f. 60—62': „Liber quintus, in quo continentur constitutiones pertinentes ad causas ciuiles".

f. 63—70: „Liber sextus, in quo continentur constitutiones pertinentes ad materiam et officium appellationum".

f. 70—71 [manu tertia]: Constitutiones domini Egidii episcopi Sabinensis, legati apostolice sedis et domini pape uicarii, publicate et approbate in publico et generali parlamento in ciuitate Fani de ipsius mandato congregato in loggia domorum domini Malateste coram rectoribus prouinciarum anno Domini 1357 die ultimo mensis Aprilis.

Prov. Italia. Codici folium chartaceum adiectum est, in quo quidam manu sæc. xv epistolam concepit incipientem: „Reuerende pater et amice noster carissime, postquam ad hanc ornatissimam Senarum urbem ex delegatione nobis per sanctissimum dominum nostrum papam .....".

Ny kgl. S. 1671 fol. membr., sæc. xv, ff. 22, cm. 31,5×23.

Statuta et ordinamenta ciuitatis Carrarie.

Prov. Italia. — *Poss.* Sir Thomas Phillipps. (f. 1: „Phillipps Ms. 8523"). Empt. Londinii anno 1913.

Ny kgl. S. 1816 fol. chart., sæc. xv, ff. 112, cm. 30×21,4.

f. 1—56: *Statuta communis Florentie.* „Cum humana natura dietim labatur ad delicta × qui ad hec faciendum teneatur sub pena libr. 500 f. p. Explicit liber primus uoluminis statutorum communis Florentie scriptus et completus per me Verdianum ser Donati quondam ser Jacobi de Rimboctis de sancto Miniate ciuem et notarium Florentie. Deo gratias. Amen". [Postea additum]: „Anno 1430". (Statuta populi et communis Florentiæ publica auctoritate collecta anno salutis 1415 (Friburgi 1778) I 1—108).

f. 57—111': *„Tractatus ordinamentorum iustitie.* Ad laudem et reuerentiam omnipotentis Dei et gloriose uirginis Marie et

beatorum Johannis baptiste, Zenobii, Victoris, Barnabe et sancte Reparate, protectorum communis et populi Florentini et ad honorem et exaltationem et triumphum catholice sanctissime, potentissime et incommutabilis totius partis Guelfe seu Guelforum ciuitatis Florentie totiusque eius territorii et augmentum status popularis Guelforum eiusdem ciuitatis. De potestate executoris et obseruatione ordinamentorum iustitie. cap. I. Omnia et singula statuta × uel aliquem nomine ipsius iniuriantis .... Explicit tractatus ordinamentorum iustitie. Deo gratias. Amen. Scriptus et completus per me Verdianum ser Donati ser Jacobi de Rimboctis notarium Florentie". (Ibid. I 407—516).

Prov. Italia. — *Poss.* Earl of Guilford. (Signatura in interiore parte tegumenti). — Sir Thomas Phillipps. (f. 1: „Phillipps Ms. 6042"). — Empt. Londinii anno 1920.

Ny kgl. S. 1821 fol. chart., sæc. xv, ff. 250, cm. 30×21.

f. 1—250: *Statuta ciuitatis et episcopatus Cumarum* cum notis marginalibus diuersis manibus scriptis.

Prov. Italia. — Empt. Lipsie anno 1920.

Ny kgl. S. 1820 fol. membr., sæc. xiv, ff. 24, cm. 29,7×21.

f. 1—24': *Statuta terre et districtus Leuci.*

Prov. Italia. — Empt. Lipsie anno 1920.

Ny kgl. S. 1826 fol. chart., sæc. xvi ineunt., ff. 126, cm. 29×21.

f. 1—126: *Statuta ciuitatis Vallis Telline* cum copia litterarum approbationis et confirmationis dat. die 23. mensis Maii 1531.

Prov. Italia. — Empt. Lipsie anno 1920.

Ny kgl. S. 1878 fol. membr., sæc. vii, fol. 1, cm. 29,7×20,7. Gregorius Turonensis: *Historia Francorum V 1—3.* „////// filium eius paruulum furtim abstulit × repentina morte praeuentus interiit /////" (H. Omont: Manuscrits en lettres onciales de l'Historia Francorum de Grégoire de Tours. Notices et Documents publiés par la Société de l'Histoire de France 1884).

Prov. Gallia. — Fragmentum nostrum ex eodem codice, ex quo fragmentum quattuor foliorum in bibliotheca Vaticana sc. cod. Regin. 689bis et duo folia in bibliotheca uniuersitatis Lugdun. Bat. sc. cod. 21.

Litt. H. Omont: Manuscrits en lettres onciales de l'Historia Francorum de Grégoire de Tours. Notices et Documents. 1884. — Monumenta Germaniæ historica. Scriptores rerum Merovingicarum I 24. — L. Traube: Vorlesungen und Abhandlungen I 192. — Grégoire de Tours: Histoire des Francs. Nouvelle édition par R. Poupardin XIV.

Ny kgl. S. 252^{b} fol. membr., sæc. IX, ff. 2, cm. 26,$_{6}$×19,$_{7}$. Hec duo folia quondam pro tegumento libri cuiusdam seruiebant.

GREGORIUS TURONENSIS: *Historia Francorum* II 9. „//// praeda hostes prouinciarum × tunc Hlugdionem ac nobilissimum in ge ////"

Litt. H. Omont: Manuscrits en lettres onciales de l'Historia Francorum de Grégoire de Tours. Notices et Documents. 1884.

Gl. kgl. S. 599 fol. membr., sæc. XI, ff. 127, cm. 29,$_{5}$×20,$_{3}$. f. 7' et f. 20 in margine figure penna delineate.

f. 1—127: AIMOINUS: *Historia Francorum.* „Domino uenerabili et in Christi dilectione fundato Abboni abbati totius gregis illi a Deo commissi minimus Aimoinus perpetue munus felicitatis. Preceptis beatitudinis tue × congregationem Deo seruientium monachorum statuit". (Migne PL. 139. 627—797).

Prov. Gallia. — *Poss.* Abbatia sancti Petri Latiniaci [Lagny]. (f. 127 [sæc. XI et XII]: „Liber sancti Petri Latini..."). — f. 127' [sæc. XV]: „Ce liure ma este preste par mon cousin monsieur Jehan de la Ch....." [rasura]. — Conuentus sancti Victoris Parisius. (Montfaucon: Bibliotheca bibliothecarum II 1369. — Folia codicis manu bibliothecarii Claudii de Grandrue signata. In imo margine f. 1 et 2 nomen conuentus sancti Victoris sine dubio scriptum erat et postea erasum. Folia in locis rasurarum resarta). — Fr. Lindenbrog [?]. — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii n. 76. — Cat. Heinsii n. 57. — Cat. Pechlin. n. 97).

Litt. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII 554.

Thott 1333 4to membr., sæc. XIII, ff. 45, cm. 22,$_{7}$×15,$_{7}$.

f. 1—45: WILLELMUS GEMMETICENSIS: *De gestis Normannorum ducum.* „Incipit epistola Willelmi Gemmeticensis monachi ad Willelmum nobilem regem Anglorum de gestis Normannorum ducum. Pio, uictorioso atque orthodoxo × gloria propicius po-

titur. Hactenus illustrissimos ac celeberrima annalium pagina dignissimos Willelmi regis actus . . . . . Annuente imperatore uirginis filio, qui cum patre sanctoque pneumate in uera eternitate id est ineffabili potencia omni presidet potestati et uniuersa immobilibus mouet ac moderatur legibus".

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 448 n. 1333).

Litt. Guillaume de Jumièges. Gesta Normannorum ducum. Ed. J. Marx.

Gl. kgl. S. 401 fol. membr., sæc. xv exeunt., ff. 45, cm. 27×18. Litt. init. In prima pagina pictura Ludouicum XI regem in throno sedentem et milites ordinis sancti Michaelis exhibens.

f. 2—34': *Littere, quibus Ludouicus XI rex Francie anno 1469 ordinem militie sancti Michaelis archangeli constituit.*

f. 35—45': *Articuli noui anno 1476 illis constitutionibus additi.*

Prov. Gallia. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii n. 129. — Cat. Pechlin. n. 235. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 192).

Ny kgl. S. 172 8vo membr., sæc. xv (f. 125': „1455", cf. ff. 118, 120'), ff. 155, cm. 14,5×10,4. f. 1—3: Parue picture creationem mundi illustrantes.

f. 1—64 [manu prima]: *Chronicon Anglie ad annum 1437 perductum.* „In principio creauit Deus celum et terram, celum id est continens × Et circa mensem Marcii extunc proxime sequentem idem rex Scottorum . . . . cum spatis crudeliter et inhumaniter est occisus. Fertur enim ipsum circiter 30 uulnera in corpore habuisse, quorum 7 letalia uidebantur. In cuius rei euidenciam quidam legatus apostolicus in Scocia tunc existens dictam camisiam postmodum domino pape ut dicitur differebat". (cf. C. L. Kingsford: English historical literature in the fifteenth century 312—323).

f. 64 [manu tertia]: *De regibus Anglie.* „I. Kyng William conquerar reid 21 yer, beryd in Can. × XV. Hary the VI crownd in Yngland and Frans of Vertuns lyvyng to godys plesans".

f. 65—83' [manu prima]: *Compendium memorabilium euentuum.* „In principio creauit Deus celum et terram × Anno Domini 1405 circa pentechosten archiepiscopus Eboracensis

insurrexerunt cum comite de Notyngham cum multis aliis ad minimum 5000 contra regem Henricum IV . . . . . Eodem anno Domini post purificationem multi Wallenses interficiebantur in Wallia et ibidem tunc capiebatur filius Oueni Glendore et ducebatur London". [Primus passus: De creatione et 7 etatibus mundi. „Secundus passus: De regnis et ciuitatibus maioribus et de Britannia". „Tercius passus: De fide Christi, et qui et quo tempore receperunt eam". „Quartus passus: De ortu religiosorum". „Quintus passus: De quibusdam personis famosis". Sextus passus: „De preliis tardi temporis"].

f. 84—85' [manu prima]: *De anno solari. De anno lunari. De 12 mensibus. De Kalendis.* „Annus ut dicit Ysodorus est reuolucio uel amfractus solis × tunc mercatores a nundinis recedebant".

f. 85'—90' [manu prima]: *Note chronologice.* „Anno ab orbe condito ad urbem Rome conditam 4447. × Anno Domini 1377 rex Edwardus uiam uniuerse carnis est ingressus. Anno eodem Ricardus filius principis fuit coronatus apud Westmonasterium".

f. 90'—92' [manu prima]: „*De regibus Anglie.* Postquam Saxones et Anglici uenissent cum Orso et Hengisto × Anno Domini 1422 rex Henricus VI fuit coronatus die sancti Leonardi 2. die Nouembris. Anno Domini 1429 etatis uero sue anno octauo ////"

f. 92'—93' [manu prima]: „*Sanctorum loca.* In primis sacrum corpus beate Marie in ualle Josephat fuit sepultum × Juxta Viterbium iacet uirgo et martir Christi sancta Margareta".

f. 93'—94 [manu prima]: „*Descripcio corporis Christi.* Legitur in annalibus Romanorum, quod Dominus noster Jhesus Christus × Speciosus forma fuit pre filiis hominum".

f. 94—95 [manu prima]: „*Pertinencia beate Marie.* Notandum quod beata Anna mater gloriose uirginis habuit sororem nomine Ismariam × totus orbis Latinus tuum prestolatur aduentum".

f. 95—97 [manu prima]: „*Mirabilia mundi.* Reuera admirabile est nomen Dei in uniuersa terra. Matrobii sunt homines Indie × facies refulsit sicut sol, uestimenta eius sicut nix".

f. 97—98' [manu prima]: „*Mirabilia Anglie.* Ventus egreditur de cauernis in monte, qui uocatur Peek × Inter Stowe et Rollendriche lapides sunt giratiue sunt erecte, sed nemo nouit causam".

f. 98'—99 [manu prima]: „*Mirabilia Hibernie.* Hibernia diuiditur in quattuor × crux ista reiecit unum denarium bis sibi oblatum, quia ex furto et rapinis processit".

f. 99—100 [manu prima]: *Memorabilia diuersa.* „Mettussale natus ante diluuium uixit 969 annis, sed quidam nomine Ruanus in Hibernia, qui fuit a sancto Patricio baptizatus, uixit 1500 annis × fecerunt urbem Glocestrie super Sabrinam tempore Petri et Pauli".

f. 100—104' [manu prima]: *De diocesibus et comitatibus Anglie, de ecclesiis Londonii etc.*

f. 105—118 [manu prima]: „*Nomina summorum pontificum.* Post passionem Christi anno sequenti beatus Petrus × Martinus V. Eugenius IV. Nicholaus V. Calixtus III. [Paulo post add.]: Anno Domini 1455. Pius II. Kalixtus IV. Paulus IV. Sixtus IV. [Postea add.]: Innocentius VIII".

f. 119—120' [manu prima]: „*Nomina pontificum Cantuariensium.* Hinc, Augustine, tibi laus resonet sine fine. 597. Augustinus uenit in Angliam × 1454. Thomas IV".

f. 121—125' [manu prima]: „*Breuiarium tocius ueteris et noui testamenti*". „In principio creauit Deus celum et terram × ab oriente uero in occasu 1200. 1455. Explicit breuiarium tocius ueteris et noui testamenti".

f. 125'—126' [manu prima]: *Note ad historiam ecclesiasticam pertinentes.* „In primitiua ecclesia tres tantum patriarche fuerunt × Petrus uero de Compostello episcopus fecit Salue regina etc.".

f. 127—128 [manu prima]: Walterus Mahap: „*Planctus de adulatione mundi*". „ | Ecce mundus moritur uiciis sepultus | × | Ut ad celi gloriam possit peruenire | ". (Thomas Wright: The Latin poems commonly attributed to Walter Mapes 149).

f. 128'—129 [manu prima]: Walterus Mahap: *Ad Christi sacerdotes.* „ | Viri dilectissimi sacerdotes Dei | × | Induat uos Dominus stolam eternalem | ". (Ibid. 45).

f. 129—135 [manu prima]: Walterus Mahap: „*Disputacio inter corpus et animam*". „ | Noctis sub silentio tempore brumali | × | Et me Christi manibus totum commendaui | ". (Ibid. 95).

f. 135—137 [manu secunda]: *Breuis terre sancte descriptio.* „Si quis ab occidentalibus partibus Hierusalem adire uoluerit × et ipse Abraam filium suum Isaac immolare uoluit".

f. 137—138: [manu secunda]: *Ex libro* Johannis de Mandeuilla.

„Pateant hic pauca compilata de quodam libro, quem quidam miles, qui Mawndeuyle uocabatur, composuit × Ideo appelata est Asia minor Turckya. In ciuitate ////“

f. 139—140 [manu secunda]: „*De abusionibus claustri.* Per bonum operandi et malum dimittendi × Sed multa et recepi sine licentia“.

f. 141' [manu quarta — sæc. XVI]: „*Qua ratione parentes euangelica doctrina pueros instruere debent ex hoc fonticulo haurias.* Nihil in christianis perinde uidetur necessarium × orationem claudant“.

f. 150—152 [manu tertia i. e. manu Willelmi Horton script.]: *Annales Lewenses 1076—1485.* „1076 fundata domus Lewensis, et dompnus Lanzo uenit in Angliam cum tribus sociis scilicet Hugo suppriore, Conano Abemano et Valteri fratri suo × 1485 in octaua assumptionis beate Marie occisus fuit“. Note nonnulle ad annos 1362 et 1375 addite sunt. (The forty-sixth annual report of the deputy-keeper of the public records. Appendix II 65—67).

Prov. Anglia. — *Poss.* Willelmus Horton, monachus Lewensis. (f. 155: Nota scripta „per me dompnum Wyllelmum Horton“, cf. f. 151': „1475 intrauit in ordinem monachalem Willelmus Horton 20 annorum“). — Anthony Younger. — John Banford. (In folio preligato).

Litt. The forty-sixth annual report of the deputy-keeper of the public records. Appendix II 64.

Ny kgl. S. 1858 fol. membr, sæc. XV, cm. 733×35,4. Rotulus floritura, rosa gentis Tudor, multis coronis aureis ornatus et pictura decoratus exhibente Adam et Euam atque serpentem in ligno scientie boni et mali.

Stemma et res geste regum Anglie, premissa chronica mundi. „Considerans historie sacre prolixitatem × Et coronatur in regem Anglie eodem anno apud Westmonasterium 28. die mensis Junii anno Domini 1461“.

Prov. Anglia. — Empt. Hafnie anno 1921.

Thott 1334 4to chart., sæc. XV, ff. 65, cm. 19×14.

f. 1—2': Tabula huius libri.

f. 3—65': JOHANNES GERMANUS: *Liber de uirtutibus Philippi Burgundie et Brabantie ducis.* „Domino Karolo Burgundie Cadrelesii comiti illustri × uitam sempiternam. Ex Cabilone

die secunda mensis Nouembris anni Domini 1452". (J. P. Ludewig: Reliquiæ manuscriptorum XI 3. — Kervyn de Lettenhove: Chroniques relatives à l'histoire de la Belgique sous la domination des ducs de Bourgogne).

Prov. Gallia. — *Poss.* Julius Chifletius. (In folio preligato: „Hic liber mihi Julio Chifletio Balernæ abbati nuper eiusdem ordinis velleris aurei cancellario dono datus fuit Salinis in comitatu Burgundiæ anno 1666. Tout selon Dieu"). — N. J. Foucault. (Signatura in interiore parte tegumenti). — J. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 121 n. 586. — Note nonnulle manu Ludewigii exarate). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 448 n. 1334).

Litt. J. Lelong: Bibliothèque historique de la France 540 n. 10246. — J. P. Ludewig: Reliquiæ manuscriptorum XI. Præfatio 23.

Thott 520 4to re ruera ex duobus codicibus consistit scilicet cod. „E 43" et cod. „C 43". Tegum sæc. XVII.

Cod. „*E 43*" membr., sæc. XII, ff. 44, cm. 21,8×16,4. Codex in fine mutilus.

f. 1—7': „*Excerpta ex libro gestorum Cameracensium pontificum*".

f. 1: „*Proemium sequentis operis.* Ea, que in hoc quaternione × hic libellus antepositus est libro domni Radulfi".

f. 1'—7': „*De domno Lietberto successore Gerardi episcopi.* Gerardo pontifici domnus Lietbertus in episcopatum successit × monachis decenter adornauerat". (Monumenta Germaniæ historica. Scriptores VII 489—497).

f. 8—9: „*De obitu domni Geruasii Remorum archiepiscopi.* Quorundam religiosorum uirorum fideli relatione × Iste Geruasius Remorum archiepiscopus contemporalis fuisse creditur beate memorie domno Lietberto Cameracensi episcopo, cuius in hoc uolumine gesta continentur. Nam in 51. et 52. capitulo uite eiusdem sancti pontificis narratur, quod eum prefatus archiepiscopus super omnes metropolis sue episcopos diligebat et uenerabatur".

f. 9'—33: Radulphus Monachus: *Vita domni Lietberti episcopi.* „Christiane religionis cultus et stabilitas × temporibus Gregorii VII pape regnante Domino nostro . . . . . Explicit uita domni Lietberti Cameracensis episcopi, ecclesie Dominici se-

pulchri in eadem urbe fundatoris, edita a domno Radulfo eiusdem cenobii monacho". (Migne PL 146. 1450).

f. 33: *„Epitaphium domini Lietberti episcopi.* | Clauderis hoc titulo lapidum Litberte sacerdos | × | orbi sexta dies, que tibi sit requies | ". (Migne PL 146. 1483).

f. 33—34: *De donariis, que Lietbertus episcopus diuersis contulit ecclesiis. De basilica Dominici sepulchri ab eo edificata. De corporibus sanctorum dioceseos Cameracensis ad dedicandam basilicam Dominici sepulchri allatis.* „Hic uenerandus antistes × Aldedrudis quoque et Madelberta uirgines suprascripte".

f. 34'—40': *Gesta Gerardi II episcopi. Gesta Manassis et Walcheri.* „Sub tempore quo Henricus secundus × Audientes igitur quod pro pecunia ////" (Monumenta Germaniæ historica. Scriptores VII 497—504).

f. 41—44' [sæc. XII manu secunda]: *Historia episcopatus Atrebatensis.* „Auctores Cameracensis et Atrebatensis urbis ignorantur × paucorum manibus est interfectus".

Cod. *„C 43"* membr., sæc. IX uel X, ff. 19, cm. 21,8×16,4. Codex mutilus.

f. 45—61': MILO ELNONENSIS: *Vita sancti Amandi II 298—III 15, III 125—IV 416.* „//// Dantem iura gregi Nouiomi ex urbe regendo | × | Mortuus in tumulo recubans per dona coruscat | ////" (Monumenta Germaniæ historica. Poetæ Latini III 585).

f. 62—62': *„Versiculi* VULFAI *in confirmatione operis.* | Carmina sidereos merito scandentia campos | × | Sed supera falsum uera canendo uirum | ". (Ibid. III 609).

f. 62'—63: *„Hymnus in laude beati Amandi iambico tetrametro editus.* | Amande presul optime | × | Clemens pater consortio | ". (Repertorium hymnologicum n. 970).

Prov. Cod. „E 43". Cameracum. — Cod. „C 43". Monasterium Boneuallense ordinis sancti Benedicti in diocesi Carnotensi situm. (f. 62' [sæc. XV]: „Hic est liber sanctorum martyrum Floren[tini], Hil[arii], M[arcellini] et P[etri]").

Poss. Paulus Petavius. — Alexander Petavius. (f. 1: Signatura: „E 43", f. 45: Signatura: „C 43". — Catalogus alphabeticus manuscriptorum codicum, qui extabant in bibl. Alexandri Petavii . . . nunc autem plurima parte asseruantur Romæ in bibl. reginæ Sueciæ 1660. Montfaucon: Bibliotheca bibliothecarum I 77: „Lietberti Cameracensis episcopi ex historia episcoporum Cameracensium 745". Ibid. I 75: „Amandi Elnonensis vita

per Milonem. 745"). — Christina, regina Suecie. (In tergo codicis signatura: „1219"; cf. Acta sanctorum. Junius IV (1707) 585). — N. J. Foucault. (In interiore parte tegumenti signatura: „Ex bibliotheca Nicolai Joseph Foucault comitis consistoriani"). — J. P. Ludewig. (Cat. Ludewig. ms. n. 535). — O. Thott. (Cat. Thott. VII 407 n. 520).

Litt. Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde VII 440. — Monumenta Germaniæ historica. Scriptores VII 400. — Monumenta Germaniæ historica. Poetæ Latini III 559. — A. Potthast: Bibliotheca historica medii æui² I 603.

Gl. kgl. S. 1953 4to membr., sæc. XIV—XVI, ff. 25, cm. 21,4×16,5. Folia 1—8 una manu sæc. XIV, ff. 8—25' diuersis manibus sæc. seq. scripta sunt.

In folio preligato hic titulus: „Copie secretorum priuilegiorum in hoc libro continentur et de pluribus causis secretis".

f. 1—25': *Copie litterarum, quarum uetustissime ex anno 1259, et alie note ad ciuitatem Seruestam [Zerbst] pertinentes lingua Latina et Germanica scripte.*

Prov. Germania. — *Poss.* C. F. Temler. (Bibl. Temler. 360 n. 13).

Litt. Otto v. Heinemann: Codex Diplomaticus Anhaltinus II p. XVI, 188, 212 etc.

Gl. kgl. S. 646 fol. membr., sæc. XV, ff. 89, cm. 30,6×22,4. Inter fol. 85 et fol. 86 unum folium excisum. Tegum. uetus.

f. 2—4': *Registrum.*

f. 5—88: Arnoldus *abbas Lubecensis: Chronicon Slauorum.* „Domino et patri Philippo Racisburgensis ecclesie antistiti Arnoldus × de bono principio letum finem teneo". (Monumenta Germaniæ historica. Scriptores XXI 115).

f. 88'—89 [manu sec.]: *Ex annalibus* Alberti Stadensis. „De aduentu Saxonum ad Saxoniam. Tempore quo Thidericus rex × dolo eum interficere cogitauit". (Monumenta Germaniæ historica. Scriptores XVI 311).

Prov. Germania. — *Poss.* Monasterium s. Marie in Cismaria. (In tegumento signatura pene erasa. — f. 1' [sæc. XV]: „Secunda pars seu continuatio cronice Slauorum compilata per Arnoldum, tunc abbatem monasterii beati Johannis ewangeliste in Lubeke ordinis beati Benedicti, postmodum translati in Cismer Lubicensis diocesis, in quo loco ciuitatis Lubicensis

moniales ordinis Cisterciensis nunc morantur". — f. 4' [sæc. XV]: „Si uolueris scire originem, unde Saxones dicuntur et quomodo uenerunt in Saxoniam, uide in fine huius septimi libri XXIII. Et originalis cronica est in Bardesholme olim Nouo monasterio"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 90. — Cat. Pechlin. n. 20).

Litt. Joh. Moller: Isagoge ad historiam Cherson. Cimbricæ I 75. — Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VI 579. — Monumenta Germaniæ historica. Scriptores XXI 111.

Thott 2061 4to membr., sæc. XIII (f. 2: „1243"), ff. 19, cm. 20,5×15. Litt. init. Quatuor folia in fine codicis erepta sunt. Coopertorium molle ex corio nigro factum. In tergo scissure, per quas olim filum sigilli transmissum erat; filum atque sigillum, que codicem misere delerunt, non iam extant.

f. 1'—18': *Jus ciuitatis Lubecensis, quod consules per Henricum de Brunesuich conscribi fecerunt anno 1243 in gratiam ciuitatis Tunderensis.* [In fine mancum].

In fol. preligato [sæc. XV]: „*Isti infrascripti conuicti sunt in Lillentunder coram consulibus.* Primo. Petrus Brun conuictus fuit × hoc demonstrare, quod dixit". (Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holsteinische Geschichte XXXVIII 364).

Prov. Lubeca. (Hinricus de Brunsuic factus est scriptor ciuitatis Lubecensis anno 1242). — *Poss.* Curia ciuitatis Tunderensis. — A. Hoier. (Bibl. Hoier. Ms. n. 5 in octavo). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 496 n. 2061).

Litt. C. Danckwerth: Newe Landesbeschreibung der zwei Hertzogthümer Schleswich und Holstein (1652) 85. — J. F. Hach: Das alte lübische Recht (1839) 30, 183. — A. L. J. Michelsen: Der ehemalige Oberhof zu Lübeck und seine Rechtssprüche (1839) 53. — F. Frensdorff: Das lübische Recht nach seinen ältesten Formen (1872) 7. — P. Hasse: Das Schleswiger Stadtrecht (1880) 79. — P. Hasse: Die Quellen des Ripener Stadtrechts (1883) 1. — F. Frensdorff: Das Stadtrecht von Ripen in seinen Verhältniss zu dem von Lübeck. Hansische Geschichtsblätter 1883: 92. — Sønderjydske Aarbøger 1906: 159. — Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holsteinische Geschichte XXXVIII (1908) 357.

Thott 591 8vo membr., sæc. XIV, ff. 21, cm. 15,1×11,3. Tegum. uetus.

f. 1—21: *Jus ciuitatis Lubecensis.*

Prov. Dacia. (Scriptor quidam codicem Thott 2061 4to copiauit). — *Poss.* Curia ciuitatis Tunderensis. — A. Hoier. (Bibl. Hoier. Ms. n. 6 in octavo). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 536 n. 591).

Litt. Westphalen: Monumenta inedita (1743) III 619. — A. Hoier: De eo quod iure belli licet in minores (1735) 9. — J. F. Hach: Das alte lübische Recht (1839) 31, 183. — A. L. J. Michelsen: Der ehemalige Oberhof zu Lübeck und seine Rechtssprüche (1839) 53. — F. Frensdorff: Das lübische Recht nach seinen ältesten Formen (1872) 7. — F. Frensdorff: Das Stadtrecht von Ripen in seinen Verhältniss zu dem von Lübeck. Hansische Geschichtsblätter 1883: 92. — Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holsteinische Geschichte XXXVIII 357.

Thott 344 fol. membr., sæc. xv, ff. 17, cm. 31,$_2$×21. Correctiones sæc. xvi adscripte.

Liber statutorum et rationum fraternitatis Calendarum beate Marie in ecclesia beati Egidii Lubecensis. Inc. „Registrum ordinacionum nostre fraternitatis. In nomine Domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem 1342 concepta et inchoata est ista uenerabilis fraternitas in die Fabiani et Sebastiani martirum in honore beate Marie uirginis et confirmata per reuerendos in Christo patres ac dominos Johannem ac Bertramum episcopos Lubicenses. Quorum littere confirmationis sunt in cista nostre fraternitatis".

Prov. Lubeca. — *Poss.* Fraternitas Calendarum beate Marie in ecclesia beati Egidii Lubicensis. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 305 n. 344).

Ny kgl. S. 909 fol. membr., sæc. xv, ff. 46, cm. 27,$_5$×18,$_5$. Tegum. uetus. Inter f. 40 et f. 41 lacuna. Litt. init. deaurate. In marginibus multe note manu magistri Alberti Meyeri scripte atque nonnulle manu Stephani Johannis Stephanii exarate.

f. 1—46: Presbyter Bremensis: *Chronicon Holtzatie.* „In principio creauit Deus × non diu stare posset etc."

Prov. Germania. — *Poss.* Albertus Meyer. (f. 46'): „Magister Meyger pastor in Lindtholm Risingmohre huius codicis uerus est possessor").

Litt. Archiv für Staats- und Kirchengeschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein, Lauenburg III (1857) 383. — Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VI (1838) 899. — Quellensammlung der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft für vaterländische Geschichte I (1862) XXI. — Monumenta Germaniæ historica. Scriptores XXI 252.

Ny kgl. S. 1490^{b} 4to chart., sæc. xv, ff. 50, cm. 21,$_2$×14. Litt. init. f. 1—50': „*Speculum abbatis in Reyneuelde*". „Nos Fredericus abbas uicesimus sextus Reyneueldensis Cisterciensis ordinis postquam a prima die nostri regiminis, que fuit dies annunciacionis uirginis gloriose anni tricesimi secundi, usque ad eundem diem anni quadragesimi cogitare cepimus × ut salubris et proficua successoribus nostris omnibus fiat. Qui cum patre....". [De regularibus obseruantiis et promotione diuini cultus; de officiis et officialibus atque de officiorum prouentibus; de prouisione monasterii].

Prov. Holsatia. — *Poss.* C. H. A. Kalkar, qui codicem Bibliothece Regie anno 1861 dono dedit. (Liber donationum in archiuo Bibliothece Regie).

Thott 655 fol. chart., sæc. xiv—xv, ff. 63, cm. 30×20,$_5$.

Liber receptorum et expositorum ciuitatis Stadthagen pro annis 1388—1401 et 1378—1401 lingua Latina et Germanica.

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl Thott. VII 328 n. 655).

Litt. R. Lüttich: Stadthagener Stadtrechnungen. Zeitschrift des historischen Vereins für Niedersachsen LXXIX (1914) 327.

Ny kgl. S. 1825 fol. membr., sæc. xv (f. 289: „1499"), ff. 289, cm. 28,$_2$×21. Sæc. xvi—xvii pauca addita sunt. Tegum. uetus.

Liber copiarius ecclesie ss. Mauritii et Thebeorum martyrum in suburbio Monasteriensi ex libro euangeliorum, antiquo ordinario libro Alexandro appellato, albo libro, libro feudali Engelberti prepositi, libro fraternitatis atque litteris in archiuo ecclesie recollectus anno Domini 1499 per Bernardum Vulpem Tegederum scolasticum et manu Johannis Kirchof notarii maiori ex parte scriptus. Codex noster libro rubro in archiuo Monasteriensi non dissimilis esse uidetur. (cf. Cod. traditio-

num Westfalicarum III. Fr. Darpe: Die Heberegister des Klosters Ueberwasser und des Stiftes St. Mauritz 107—240).

Prov. Ecclesia ss. Mauritii atque Thebeorum martyrum in suburbio Monasteriensi. — *Poss.* Ecclesia s. Mauritii. — Empt. Lipsie anno 1920.

Gl. kgl. S. 2281 4to chart., sæc. xv, ff. 4, cm. 20,6×14.

f. 1—4': Eneas Siluius: *Historia Bohemica.* Fragmentum. „De situ regionis Bohemice, de fluminibus eiusdem et ciuitatibus ac de Bohemorum moribus. Bohemia in solo barbarico × indeque datum Cyrillo indultum".

Prov. Germania.

Ny kgl. S. 1822 fol. membr., sæc. xv, ff. 19, cm. 24,7×17. Litt. init.

f. 1—18: *Statuta et ordinationes ecclesie Driuastensis anno 1464 ab archiepiscopo Dyrrhachiensi Paulo Angelo confirmata.*

f. 19: *Stemma Pauli Angeli archiepiscopi Dyrrhachiensis.*

Prov. Illyricum. — *Poss.* Earl of Guilford. (Signatura in interiore parte tegumenti). — Sir Thomas Phillipps. (In interiore parte tegumenti: „Phillipps Ms. 7308"). — Empt. Lipsie anno 1920.

Thott 1383 4to chart., sæc. xv, ff. 93, cm. 21×15.

